DE PHOENICIAE LITTERATURAE

FONTIBUS

CAPUT II., SEU PARTIS I.

VOLUMEN II.

pag. 297.

PARTIS I.

VOLUMEN ALTERUM.

CAPUT II.

Fontes ipsi aperiuntur, ex quibus omnis Phoeniciae litteraturae perspici cursus possit.

Quoniam de Phoenicii sermonis cum Hebraeo-Samaritico & Syro-Chaldaico affinitate atque conjunctione satis disputatum est, & quidem copiose & diligenter; eaque disputatio fontibus ipsis Phoeniciae litteraturae non inquirendis modo, verum etiam aperiundis conferre quam plurimum potest; nunc proficiscemur ad reliqua. Propositum autem ordinem ut prosequamur, STEPHANE BORGIA Cardinalis optime, fontes ipsius Litteraturae Phoenicum aperiamus oportet. In qua sane operosa ac implicata disquisitione aliquo cum fructu, opinor, nostra locabitur industria, si ad doctos homines, qui in suis commentariis hujusce difficillimae litteraturae quasi semina quaedam sparserint, sermonem nostrum principio convertamus. Qua quidem re bene exposita atque constituta, ad monumenta illa, quibus omnis haec litteratura continetur, quaeque proprie & per se sunt Phoenicio-Punica, eaque ab eruditis ipsis viris hactenus aut indicata, aut quocumque modo explicata, nobis erit accedendum.

Quantum autem & illa disquisitio disputationi nostrae praesidio sit futura atque ornamento, non est quod equidem contendam, ut illud comprobetur. Sed totum hoc ipsum, quidquid erit, in medio ponam. Hoc ego loco tantum dicam, ex bene instituta utraque disquisitione omnem perspici hujusce litteraturae Phoenicio-Punicae cursum posse. Unde fiet, ut non minimam ad ejusdem fontes aperiundos partem referamus commodorum. Ita videbimus quanta series rerum in hoc antiquario studio sit, quosve eruditi viri in eo sese exercendo progressus fecerint.

Quibus quoque expositis constitutisque rebus, in illam demum ingrediar viam, quae ostendat quemadmodum ex Phoenicia litteratura, ipsa Hebraeo-Samaritica nectatur, quaeque ex illa Johannis Hyrcani Borgiano numo adfulgere lux queat. Quod tamen argumentum in altera hujusce commentationis parte illustrandum, ut potero, atque ornandum sumam.

Ut igitur illa inscripta monumenta, quibus in commentatione nostra tutius insistere possimus, pernoscamus; de Antiquariis hoc in genere litterarum versatis, quando esse coeperint, qui etiam & quales fuerint, disputatio omnino est primum instituenda.

Quandoquidem vero doctissimi fuerunt homines, qui, ut modo aiebam, suis in scriptis

litteraturae Phoeniciae quasi semina quaedam jecerint; res nos admonere prorsus videbatur, ut taciti eos nequaquam praetermitteremus. Quamobrem non hi solum, ex quibus orationis nostrae ducemus exordium, verum & eruditi alii viri qua ratione ipsos, quos investigamus, Phoeniciae litteraturae fontes nobis aut aperuerint, aut commonstrarint, erit disquirendum. Atque ita quae de hoc argumento nostro, alias obscurissimo, sed ad ejusdem Johannis Hyrcani illustrandum numum haud parum collaturo, disserenda proposui, ab ipsius Phoenicio-numismaticae disciplinae cum Hebraeo-Samaritica arctissime colligatae, nostris autem hominibus sero cognitae, veluti incunabulis pro virium mearum tenuitate repetere aggrediar.

§. I.

Qui primi eruditorum virorum in suis commentariis quasi semina quaedam Phoeniciae litteraturae sparserint.

Quamquam Italis primum (1) jam usque ab renascentium litterarum aetate, tum ab artis Typographicae ortu, deinde & Gallis nostris

(1) Franciscum Petrarcham, qui Poetica facultate tantum apud suos valuit, primum ex doctis

& Germanis & Anglis numismatographia plurimum debet; Hispanis tamen, qui in eodem stu-

caeterarum gentium hominibus numismata collegisse haud pauca, monumentis consignatum reperio litterarum. Anno autem 1375. morte praerepto, jacentibusque rursum iisdem studiis, postea saeculo xv. Alphonsum V. Aragoniae & Neapolis regem, non tam regni amplitudine, ut ait Spanhemius *De praestant & usu numism. antiq.* dissert. 1. §.IV. pag.36., quam ingenii gloria celebrem, eam consecutum laudem fuisse, quod scientia numismatica magnopere delectaretur, memoriae prodidit Anton. Panormitanus, sive Beccatellus in eo libro, quem inscripsit = *De dictis & factis Alphonsi regis Aragonum lib. IV. cum commentariis in eosdem Aeneae Sylvii*. Basileae 1538. lib. II. pag. 39. „ Numismata, inquit ille, illustrium „ Imperatorum, sed Caesaris ante alios per universam Italiam summo studio conquisita, in eburnea arcula a rege pene dixerim religiosissime asservabatur. Quibus, quoniam alia eorum simulacra jam vetustate collapsa non exstarent, mirum in modum sese delectari, & quodam modo inflammari ad virtutem & gloriam inquiebat „. Confer Cl. Henric.Florez,*Medallas de las colonias ... de España*, Praefat. part.I. pag. 2. Simile quidpiam de Carolo VI. Imperatore relatum lego apud Cl.Josephum Eckhel in *Historia Musei Caesarei Vindobonensis*, pag. 1. b *Catalogo* ab se edito ejusd. Musei numorum veterum, praemissa part. I. Vindobonae 1779.

Qua vero diligentia, quove studio excultum ab ipsis Italis primum fuerit hoc disciplinae genus, quorum exemplo aliarum gentium incitati doctissimi viri numismaticam amplificandam atque ornandam susceperint, ostendit ille idem Cl. Spanhemius loco ante citato pag. 32 — 35. Vide & Anselmi Bandurii *Bibliothecam Nummariam*, in ejusdem *Numismat. Impe-*

dii genere XVI. fere exeunte saeculo multa praeclara quoque conati sunt, id laudi dandum potissimum est, quod hanc numismaticae disciplinae partem, quae ad antiquos exoticos numos etiam Punico-Phoenicios spectat, sat mature excoluerint, quippe monumentis suis vetustioribus historicis accommodatiorem. Cui clarae genti illud quoque accedit existimationis & dignitatis, quod in litteris Orientalibus, quibus neglectis languescunt omnino, ja-

---

rator. Roman. edit. Paris 1718. Tom. I. pag. IV. seq. & VI. = *Essais sur l'Histoire des belles lettres, des sciences & des arts, par M. juvenel de Carlancas. A Lyon* 1749. Tom.IV. pag.126. seqq. = & quos scriptores de re numaria, uti Philipp. Labbeum, Carol. Patinum, Joh. Seldenum, Burch. Gotthelf Struvium, Franc.Ernest. Burckmannum aliosque,quos recensent Dan. Georg. Morhofius, *Polyhistor. litterar.* lib. v. cap. II. pag. 930. edit. Lubecens. 1747. & Joh. Alb. Fabricius, *Bibliographiae Antiquar.* cap. XVI. §. IX. edit. 3. Hamburgens. 1760. pag. 783. seqq. Adde & Joh. Christ. Hirsch in *Bibliotheca numismatica* &c. Norimberbae 1750. in fol. Incredibilis sane eorumdem scriptorum est numerus, quorum haud paucos diligenter atque accurate passim indicatos video ab Cl. Joh. Christoph. Rasche in *Lexico universali rei nummariae*, tum ab erudito viro Eckhel, qui hanc ipsam disciplinam egregiis scriptis multis jam illustravit, atque illustrare magna cum laude pergit in opere ab se inscripto = *Doctrina numorum veterum*. Vindobonae 1792. seqq. Quo eruditissimo opere plura de isdem scriptoribus complexus ipse est, *Prolegomen. General.* cap.XXII. vol.I. part.I. pag.CXL. —— CLXXII.

centque ea studia, praestantibus viris (1) multa ab hinc aetate floruerit. Nihil namque

(1) Vide praesertim Nicolaum Antonium in *Bibliotheca Hispan. nova*. Romae 1672. duobus Tomis in — fol. comprehensa, passim; quaeque haud multis ab hinc annis iteratis typis & auctius lucem Matriti vidit. = Paul. Colomesii *Italiam & Hispaniam Orientalem, sive Italorum & Hispanorum, qui linguam Hebraeam, vel alias Orientales excoluerunt, vitas ex* Αὐτογράφῳ *Auctoris nunc primum editas & notis illustratas a Joh. Christoph. Wolfio*. Hamburgi 1730. in — 4to pag. 209 — 256. Confer *Acta Erudit. Lips.* Mens. Jun. an. 1730. pag. 280.

Ac satis mirari Colomesii, viri caeteroquin doctissimi, negligentiam non possum, qui praeter alios ab se prorsus praetermissos Hispanos multos, linguarum Orientalium scientia claros, Bernardum Aldretum ne minimum quidem nominarit, cujus quoque nullam omnino mentionem fecit doctus operis Colomesii editor Wolfius ipse. Atqui Aldretum, de quo paullo inferius dicam, eruditarum linguarum peritum fuisse, quae in suo praeclarissimo & rarissimo de *Antiquitatibus Hispanicis, Africanis, &c.* libro, popularium suorum descripto sermone, sparsim commentatur, virum iisdem litteris eruditissimum haud obscure declarant. Vide supra pag. 240. seq. not. 1. Quamobrem hunc litteratum Hispanum linguarum Graecae, Hebraicae ac caeterarum Orientalium totiusque antiquitatis studiosissimum non immerito dicit Nicol. Antonius, loc. cit. Tom. I. pag. 172. Conferendus quoque liber Italice inscriptus = *Saggio Storico apologetico della Letteratura Ispagnuola, contro le pregiudicate opinioni di alcuni moderni Scrittori Italiani. Dissertazioni del Sig. Ab. D. Saverio Lampillas. Genova* 1779. Tom. II. part. II. Dissert. IV. §. II. & V. passim. Ubi plures gentis suae doctos vi-

quidquam, ut illud obiter dicam, nisi immortale opus *Polyglottorum Complutensium* (1) sae-

ros ipse nominat, qui Orientalium linguarum peritia saeculo XVI. claruere. Toto autem opere volumina sex in — 8vo. complectente, illa singula, quae de Hispanorum vetere & recentiori re litteraria in libro Italico *Della Letteratura Italiana*, auctor ille ipse Cl. Hieronymus Tiraboschi minus recte disputaverat, solide ac graviter perstringit refellitque.

Nostra certe memoria in antiquis excolendis linguis Hispanos non desudasse modo, sed & in eo genere magnum adeptos nomen fuisse, praeclara eorum, quae exstant, monumenta apud posteritatem testantur. Quorum litteratorum hominum cumprimis in numero pono Cl. Equitem Ludovicum Joseph. Velazquez & Ill. Francisc. Perezium-Bayerium, anno 1794. jam provecta quidem aetate, at Orientalium damno importuna ereptum morte. Habemus etiam Cl.virum Joseph Rodriguez de Castro. Quantum vero in Hebraicis litteris ipse valeat,ex ejus *Biblioteca Española* abunde cognoscitur. In cujus quidem operis Tomo primo, Matriti, an. 1781. in — fol. vulgato, (quem mihi vetere amicitia conjunctissimi Revmi D. Vincentii Navas, Hispani Estramadurensis, Ordinis nostri, nunc apud Indos Occidentales Episcopi Comayaguensis, dono acceptum teneo) Rabbinorum Hispaniensium scripta a primis eorum litteraturae initiis ad nostram usque aetatem docte ac diligenter recensentur. Sed alios ejusdem gentis, eruditarum linguarum nostris etiam temporibus apprime peritos & satis notos commemorare non est necesse.

(1) De quo Polyglotto, seu Tetraglotto egregio monumento, quo sane edito Cardinalis Franciscus Ximenius non mediocrem apud posteros nominis est consecutus celebritatem, a doctis autem viris & omnibus Theologis magnam gratiam iniit, adeundi Ri-

culo ineunte XVI. Hispani in lucem emisissent; quo sane amplissimo opere tantum ornamen-

chard. Simonius, *Disquisitt. Critic. de variis per diversa & temporum Bibliorum editionibus* &c. Londini 1684. cap. XXVII. pag. 214. seq. & alibi: = Jacob. Le Long, *Discours Historique sur les principales éditions de la Bible* art. I. pag. 1. seqq., & in *Bibliotheca Sacra* Tom.I. cap.1. pag.8. seqq. = Joh. Christoph. Wolfius, *Bibliothec. Ebraeae*. Tom. II. sect. II. sive part. II. sect. IV. pag.339. seqq. & Tom IV. pag. 10. = M. Hermann.Frider.Koecherus in *Nova Bibliotheca Hebr.* &c. part.II. pag. 48. seqq. = Andr. Gottlieb Masch, *Bibliothec. Sacr.* part. I. vol. I. cap. III. §. II. pag. 332. seqq., & caeteri plures indicatis locis laudati; ubi doctorum Hispanorum & aliorum, qui tanto operi manum admoverunt, nomina recensentur.

De hoc autem insigni Tetraglotto opere me verba quoque fecisse memini, *Des Titres Primitifs de la Révélation* Vol. I. pag. 226. Vol. II. pag. 84. not. & pag. 151. seq. Atque in illa me fuisse sententia, Augustin. nostrum Justinianum, Episcopum Nebiensem, veluti ejus generis eximiarum collectionum parentem exstitisse, ibid. vol. II. pag. 193. seq. declaravi. Neque me fugit quod, licet innominatis nobis, huic nostrae opposuit sententiae Cl. Francisc. Perezius-Bayerius, *De numis Hebraeo-Samaritanis* cap. VII. pag. 166. not. 13.) Verum rem in sese, nullaque praeconcoepta adducti opinione, si bene expendamus, quidquid sit quod contra alii & multi pugnent; certo certius est *Psalterium* suum *Octaplum*, (etsi *Pentaglotton* sit dicendum) scilicet *Hebraeum*, *Graecum*, *Arabicum & Chaldaicum*, *cum tribus latinis interpretationibus & Glossis* (*Genuae* 1516. fol.) illustrem Justinianum in manus hominum ante emisisse, quam volumina illa Complutensia & proprie dicta Polyglotta, publicis ederentur typis. Primum

ti, tantum splendoris ipsis accessit; quid est igitur quod fieri majus possit & divinarum & humanarum litterarum incremento? Quam ego gloriam ab majoribus acceperunt, spero fore, ut posteris relinquant. Eamque spem eo pleniorem concipio, quod diligenter litteras easdem ab illis ipsis Hispanis nostro hoc saeculo pertractatas video, neque minorem operam at-

namque eorum volumen vulgatum anno 1514. quidem fuit; sed solum Novum Testamentum & Graece tantum & Latine complectitur; adjecto lexico Graecarum omnium dictionum &c., tum vocabulario Hebraico & Chaldaico &c., in secundo operis volumine, quod prodiit anno 1515., non autem 1514. ut per errorem habetur apud Andream Gottlieb Masch, loc. ante cit. pag. 338.

Atque, ut uno verbo rem conficiam. Vetus Testamentum multiplici lingua legimus impressum anno 1617.; & si unam in Pentateuchum Chaldäicam Paraphrasim Onkelosi demas, nihil in Complutensibus voluminibus de iisdem versionibus, neque de Arabica apparet. Quo in genere Justinianum nostrum eo magis primas tenuisse, non immerito adseruimus, quod Biblia ejusmodi Polyglotta integra se ante tentasse in sua ad Octaplum Psalterii Leoni X. inscripta praefatione ipse testetur.

Quamobrem Episcopum Nebiensem a multis usque annis tantum opus animo tunc agitantem, quod quidem nisi immatura atque acerba fuisset ex naufragio an. 1536., praeventus morte, numeris suis jam ferme absolutum publicasset, primum extitisse, qui illud Polyglottorum genus ediderit; si rursum defenderim, nihil Cardinalis Ximenii, summis celebrandi laudibus, gloriae detraxisse existimo.

que studium in numismatica exotica disciplina excolenda eos ponere, quae ad Phoenicum litteraturae adyta (1) minori negotio penetranda, haud parum conferre valeat.

(1) Quare ita existimem, ex iisdem exoticis ab litteratis Hispanis hominibus in lucem prolatis numis mihi colligere videor. Etenim eadem quod universim spectat vetusta ejus gentis inscripta monumenta, si in sese prope inspiciamus, quantumvis licet ab Hebraeo-Samaritico-Phoeniciorum characterum ductu, ac scriptionis ratione, varia atque diversa deprehendantur; nihilominus eo demum revolvi videntur illorum epigraphae, ut ad litteraturam eas pertinere Phoenicum, quae & ipsa a fontibus Hebraicis sit repetenda, dicere non gravarer. Quocirca hanc & illam veterem Hispaniensem litteraturam communi quodam vinculo inter se contineri, mihi dari arbitror atque concedi oportere. Quo autem pacto hanc rem sese habere ipse intelligam, exponendum duco.

Veterum Hispanorum inscripta monumenta inprimis autem eorum numi, de quibus nunc quaerimus; ad tres revocari classes commode quidem possunt. Vel enim ad illam Hispaniae partem, quae provincia citerior, sive TARRACONENSIS ab Augusti temporibus etiam dicebatur, spectant, uti numi Celtiberici; vel ad provinciam Baeticam pertinent, uti Turditani; vel denique in eorum sunt accensendi numero, qui ab illis percussi civitatibus fuerint, quibus Phoenices & Carthaginienses aut insedissent, aut illarum conditores habiti sint. Atque hanc ipsam in totidem classes Hispaniensium numismatum divisionem ab Ill. Ludovico Velazquez usurpatam intelligo in ea sua egregia diatribe, quam inscripsit: = *Ensayo sobre los alphabetos de las lettras desconocidas, que se encuentran en las mas antiguas Medallas. y Monu-*

Atque illud quidem, quod de doctis Hispanis initio dicebam, quum ejusmodi sit, ut in

mentos de España, Matriti 1762. in – 4to. pag. 2. At quamvis hanc tripartitam veterum Hispaniensium numorum divisionem plurimi faciat Cl. Perezius-Bayerius, *Del Alfabeto, y lengua de los Fenices*: appendic. ad Hispanicam Sallustii versionem pag. 368., neque ego eam ipse rejiciendam censeo; horum tamen numorum duo potissimum genera mihi esse videntur constituenda, quae cum eadem ipsa litteratura Phoenicum societate quadam plus minusve conjungantur. Unum genus, quantum scire hactenus nobis licuit, eorum est, qui Bastitano-Bastulo-Turditani dicendi sunt; alterum vero, utique longe majori, illudque magna copia, Celtibericorum. Et quoniam Turditani numi illis insigniuntur litteris, quae similitudinem magnam certe gerunt & speciem Phoeniciarum, eosdem ad litteraturam proprie pertinere Phoenicio-Poenorum, ne in quaestionem vocari quidem potest.

Quare autem apud Turditanos populos, eos praesertim, qui ad Baetim fluvium incolerent, atque maritima Baetica inhabitarent, id genus numi, uti Gaditani, Abderitani & Canacenses, Phoenicio-Punicis signati fuerint characteribus, haud difficile est ad explicandum. Quod ut commonstretur, mente memori teneamus oportet quod de Phoenicum coloniis saepe adnotavimus.

Neque aliquis moleste ferat, si ad illa, quae semel a me, iterum, tertium & quartum de Phoenicum coloniis dicta sint atque migrationibus pag. 30. 49. 242 – 247. & 278.; heic redeam, illustrandi tamen majorem in modum argumenti gratia. Nimirum ex hac re iisdem animadversa locis colligere pronum est, ab illis Phoenicibus ejusmodi numismata esse repetenda, quorum colonias etiam per multam aetatem in illa ulteriori Hispaniarum parte, quae a Baeti flumine Baetica di-

vetustis suis exoticis numismatibus vel publicandis, vel quoquo modo explicandis, inter

---

cta, vel totam, vel magna ex parte Turditaniam complectebatur, pedem fixisse, Strabo in primis tradidit. Is namque ille est, qui *Rerum Geographic*, libr. III. edit. Amstelod. 1707. pag. 223. alias 149., scribit Baeticae populos in Phoenicum potestatem adeo venisse, *ὥστε τὰς πλείους τῶν ἐν τῇ τουρδιτανίᾳ πόλεων, καὶ τῶν πλησίον τόπων ὑπ' ἐκείνων νῦν οἰκεῖσθαι*; *ut pleraeque Turditaniae urbes & vicinia ab iis nunc habitentur.*

Quid, si ante Homeri etiam aetatem, eodem Strabone auctore atque teste, ibidem pag. 224. alias 150., *καὶ τῆς ἰβηρίας καὶ τῆς Λιβύης τὴν ἀρίστην*, *& Hispaniae & Libyae* (seu Africae) *optima* Phoenices tenuerint? Quid autem illud est, nisi hoc ipsum argumento certo est, Phoeniciam gentem in illa Hispaniarum loca, quorum olim potita fuerit, proprias disseminasse litteras; hisce vero numis, qui Phoeniciis signati characteribus ad nostra usque pervenerunt tempora, apud Gaditanos, Abderitanos & Canacenses haud obscura sui monumenta reliquisse nulli aevo unquam cessura.

Quae sane inscripta monumenta, etiamsi veterum scriptorum & Strabonis praesertim deficerent testimonia, cujus tamen in rebus caeteris, tum hoc in genere maximi ponderis auctoritas est, omnino efficiunt, Hispanias a Phoenicibus fuisse multum diuque frequentatas, atque coloniis suis in multis earum locis constitutis, easdem amplificatas.

Quae cum ita sint; quid de Cl. Nicolai Sylvestri Bergier prorsus singulari opinione dicemus? Est enim illud peculiare erudito viro, de Phoenicum sedibus in multis Africae & Europae maritimis oris, quas imperio eos obtinuisse fertur, deque eorum sermone, tum moribus ac religiosis ritibus, varia eadem in loca diffusis, sic agenti, ut haec nulla fide sint; de caeteris

primos, qui ejusdem litteraturae, de qua quaerimus, quasi semina quaedam sparserunt, sint

autem eorum coloniis, praeter Carthaginem ab ipsis conditam, nihil propemodum noverimus, " Il y a „ encore, ait ille, moins de fondement d'assurer, „ que les Phéniciens ont fait des établissemens ou des „ conquêtes sur les côtes de l'Europe & de l'Afrique, „ qu'ils ont porté dans ces diverses contrées leur lan„ gage, leurs moeurs & leur Religion. Excepté „ Carthage, nous connoissons peu de colonies Phé„ niciennes „. Haec doctissimus Bergier in eo libro cui hanc fecit epigraphen : = *Les Elemens primitifs des langues, découverts par la comparaison des racines de l'Hebreu, avec celles du Grec, du Latin & du François*, &c. *Paris* 1764. in — 12. Dissertat. VII. §. 1. num.2.pag.222.Verum,qui antiqua jam & satis pervulgata nihili pendens ita statuit; is profecto, non arbitratu suo, neque levissimis & inanibus conjecturis, at gravissimis rationum momentis, falsi arguat, necesse est, quidquid de Phoenicum non migrationibus modo eorumque navalibus expeditionibus ab antiquissimis usque temporibus longe lateque susceptis, tum multiplicibus coloniis undequaque emissis, veteres scriptores & Graeci & Latini, quibus, eorum aetate, Phoeniciae gentis vetusta monumenta litteris tradita, adhuc explorata essent, unanimi consensu scriptum reliquere; sed etiam Phoenicio-Punice inscripta metalla & lapides nobis ipse ostendat, veluti testes saltem suspectos falsitatis. Scilicet hoc restaret, ut contra veterum omnium scriptorum & monumentorum auctoritatem atque fidem, unum Bergierium, eruditione quidem & doctrina praestantem virum, sed de rebus Phoenicum minus castigate scribentem, quem tantum sequeremur, essemus habituri.

Quod autem de Samuele Bocharto ibidem subjungit Cl. Bergierius; perinde ac si unis conjecturis,

V 3

numerandi; qui idcirco & quales fuerint, quò in instituto manerem, minime est tacendum.

---

sine teste, sine ratione argumentum suum ea de re pertractasset; quid tandem illud est? Non una certe, aut altera vel Phoenicia tantum voce, vel ad eam accedente, de coloniis Phoenicum commentatus Bochartus est; sed omni documentorum genere rem totam ita testatam, meo quidem judicio, protulit integro libro primo *Chanaan*, & ad eumdem egregia praefatione sua, ut qui id non videt, illi auctor ego sum, ut caveat, ne ab vere doctis hominibus tanquam iniquus rerum aestimator merito habeatur. Et est quisquam, qui, cum hoc cognovit, dubitare possit, quin tot & tanta Veterum testimonia, ut de inscriptis metallis nihil dicam, alicujus momenti sint ac ponderis? Sed quid multis opus est? Quae Cl. Bergierius opponit, leviora sunt, quam ut pluribus refelli debeant. Verumtamen illud unum postremo loco afferam, quod etsi superius pag.279. aliquantum jam attigerim, id ipsum tamen in pauca hic etiam conferre juvat.

Ac mihi quidem saepenumero cogitanti quae in libris Josuae & Judicum de Chananaeis gentibus ab Israelitico populo aut bello vexatis, aut fugatis, proditum memoriae est; illud in animo semper fuit, Phoenicum colonias ad illas multiplices tunc aetatis eorumdem Chananaeorum ex sedibus suis in Africam cumprimis & in Europam migrationes esse potissimum referendas. Quod quidem si cogitatione & mente bene complectentes, illud ponamus; quum nihil sit quod repugnet, quin immo multa sint, quae hoc suadeant; quo demum modo, quave ratione Gaditani, Abderitani & Canacenses numos suos hisce formis signarint litterarum, palam apparebit.

Enim vero Phoenices, quos longe lateque suis sese coloniis diffudisse tanta consensione Veteres tradidere, uti suo loco dictum est, illorum Chananaeo-

Quid vero eruditis ejusdem gentis hominibus de patria & litteris optime meritis, hanc in rem

---

rum fuisse sobolem, quos gens Israelitica debellarat, si rursum adseverem, nihil equidem adducam, quod doctissimis non probetur nostris hominibus. Illos namque ab Israelitis, variis ac magnis turbatos cladibus, e mediterraneis idcirco terris suis in regionis oras maritimas compulsos, at solo ob eorum ingentem multitudinem vix iis capiundis, sustentandis vero ne sufficiente quidem, ad alias sedes divertere coactos, in Africam praesertim concessisse arbitror tenendum.

Neque illud leve reputandum, quod Procopius, Palaestino-Caesariensis, saeculo medio VI. clarus, in suis Vandalicis, seu *de Bello Vandalico* lib. II. cap. X. Operum Tom. I. edition. regiae Paris. 1662. pag. 257. seq. scriptum reliquit. Atqui eo ipso auctore, quum iidem Chananaei, relicta patria, per Aegyptum commigrassent, sed ἔνθα χῶρον οὐδένα σφίσιν ἱκανὸν ἐνοικήσασθαι εὑρόντες, ἐπεὶ ἐν Αἰγύπτῳ πολυανθρωπία ἐκ παλαιοῦ ἦν ἐς Λιβύην ἐστάλησαν; *ibi locum nullum sibi ipsis sufficientem ad inhabitandum invenientes, quod in Aegypto multa gens jam ab antiquo esset, in Libyam concesserunt.* Quem Procopii locum pene ad verbum propterea ipse expressi, quod Cl. Augustini Calmeti, viri caeteroquin summa doctrina praediti, interpretationem ab scriptoris Caesariensis mente prorsus alienam esse intelligerem. In ejusdem namque eruditi Benedictini *Dissertatione de regione, quò Chananaei se receperunt*, Commentario suo in Josuam praefixa, Joan. Dominico Mansi interprete, edit. Lucens. 1731. Tom. II. pag. 20., Procopium loc. cit. tradidisse ait, Chananaeos " diffugisse primum in Aegy-
" ptum, ubi plus nimio aucti, cum sibi in ea regio-
" ne permissas sedes angustiores pro numero homi-
" num experirentur, in imas Africae regiones mi-

primum debeamus; ex pulcherrimis de Numis Veterum dialogis, ab illustri Antonio Augusti-

---

„ grasse &c. „ Quae sane expositio de Chananaeis, qui in Aegyptum habitandi caussa concessere, cum Procopii Graecis verbis componi nullatenus possunt.

Atque haec quidem scriptoris Caesariensis Graeca verba, si Cl. Stephanus Rondet, editor *Sacrae Bibliae*, seu *La Sainte Bible en Latin & en François avec des notes littérales* &c. iteratis typis Avenione 1767 — 1777. decem & septem Voll.in — 4to. publicatae, consuluisset; in Cl. Abbatis Benedictini eadem novis curis rursum Gallice edenda dissertatione *Sur la fuite des Chananéens chassés pas Josué* &c., eorumdem Bibliorum Tom. III. pag. 330. ab sui auctoris indiligenti sibi praecavisset interpretationis ratione. Sed hoc obiter.

Ac non est omittenda ipsa Phoenicia epigraphe, columnis inscripta duabus, quibus caussam suae fugae in Africam Chananaeos posteris prodidisse, quasque in Numidia Tingitana eos erexisse, Procopius loco cit. pag. 258. memoriae commendavit. Cujus monumenti haec erat sententia: = Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπȣ Ἰησȣ̃ τȣ̃ λῃστȣ̃ υἱȣ̃ τȣ̃ Ναυῆ. *Nos sumus, qui fugimus a conspectu Josuae latronis, filii Nave*. Quod Chananaea lingua descriptum hisce verbis fuisse conjicere licet, quae istis Phoenicio-Hebraeo-Samaritanis exprimerem litteris videlicet: = ࠀࠍࠅ ࠁࠓࠅࠇࠉࠌ ࠌࠐࠍࠉ ࠉࠅࠔࠏ ࠀࠉࠔ ࠂࠅࠋ ࠁࠍ ࠍࠅࠍ *: charactere autem Hebraeo-Chaldaico: = אנו ברוחים מפני יושע איש גול בן נון: . Quae verba eodem plane recidunt, ac Graeca Procopii. Τȣ̃ autem λῃστȣ̃, seu איש־גול, *Praedonis*, aut *Latronis* nomine, heroicis temporibus, sicuti ex Homero & aliis constat, appellatos gentium debellatores fuisse animadvertit Alexius Symmach. Mazochius, *Spicilegii Biblici* Tom. I. dissert. V. pag. 207. Atqui Procopii testimonium eo pluris faciendum censeo, quod Eusebius ipse, qui saeculo III. & IV.

no, Archiepiscopo Tarraconensi, Hispanico conscriptis sermone, tum Italice doctorum virorum

floruit,de iisdem Chananaeis solum vertentibus,haec in suo *Chronico* Scaligerianae editionis Amstelodamens. 1658. pag. II. jam scripserat : = Οὗτοι ἔφυγον ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ κατῴκησαν Τρίπολιν τῆς Ἀφρικῆς. *Hi fugerunt a facie filiorum Israel, & Africae Tripolim habitaverunt*. Qui sane Eusebii locus ad veritatem epigrammatis a Procopio memorati comprobandam conferre posse videtur. Nihilominus aliquos fuisse intelligo,qui de epigraphe non modo addubitarent, sed eam omnino haberent, tamquam suspectam falsitatis. Id autem ostendendum suscepit Anton. Van Dale, Epistola ad Theodor. Jansonium ab Almeloveen ; in extremo suarum *Dissertationum de Origine & Progressu Idololatriae* &c. pag.749 — 762. Cui quidem erudito viro, sed de inscriptionis fide aliquantum ipse haesitans,nonnulla opposuit Joh. Francisc. Buddeus, *Histor. Ecclesiast. Vet. Testam.* Tom.I. period.II. sect.II. §.XVIII. pag.769. De hoc tamen monumento, quod Evagrius Scholasticus, *Histor. Ecclesiast.* lib.IV. cap. XVIII. edit. Paris. 1673. Henr. Valesii pag.394., & Nicephorus Callistus, *Ecclesiast. Histor.* lib.XVII. cap.XII. edit.Lutet.Paris.1630. pag.753., ex Procopio adduxere, secus judicandum censuerunt eruditissimi viri ; nec illud idem proferre fastidierunt, veluti Chananaeorum ab Israelitica gente a suis dejectorum sedibus, in Africam commigrationis haud leve argumentum. Itaque ejus epigrammatis a Suida voce Χαναάν, paullo aliter descripti, passim mentionem fecere Bernard. Aldrete in *Varias Antiguedades* &c. lib. III. cap. XV. pag 380 — 382, Joseph. Scaliger, Samuel Bochartus, Hugo Grotius, Joh. Seldenus, Joh. Henric. Hottingerus, Petr. Daniel Huetius, Alex. Symmach. Mazochius, Augustin. Calmetus, aliique. De quibus vide Joh. Alb. Fabricium in *Codice*

cura ac studio, Latine quoque novis accessionibus locupletatis editisque, satis est intelligi. Ut enim

Pseudepigrapho Vet. Testam. Tom. I. pag. 891 – 893. Adi sis quoque Carolum Chais, *Préface sur le livre de Josué*; Commentarii sui litteralis in Vet. Testament. Gallice editi, Tom. IV. pag. XVI – XVIII. Quo loco doctus vir Procopii cumprimis narrationem de iisdem columnis, epigraphe Phoenicia signatis, nihil prae se ferre quod improbabile sit, haud levioribus rationum momentis ostendit. Poenorum namque in primis dialectus cum Hebraeo-Chanaanitica lingua, maxima affinitas atque conjunctio; vetus praeterea eorum opinio, eaque per manus veluti tradita, sese Chananaeis ortos gentibus fuisse, aetate vero S. Augustini, uti superius vidimus, eorumdem consensione firmata; veterum quoque scriptorum a nobis jam aut producta, aut indicata testimonia: haec, inquam, ut alia taceam, Phoenicio-Chananaeos in Africam trajecisse unàque & litteras eo propagasse, demonstrant plane ad veritatem.

Atque illi littorali plagae primum Africae, in Carthaginis vicinia, quae Phoenice Libyca, seu Occidentalis, antiquis propterea dicebatur, quod Phoenicio-Chananaei ibidem statim insedissent, characteres ipsos Hispaniensibus, quos Turditani numi exhibent, parum dissimiles, ab illis inlatos, ac proximis deinceps insulis, ut Cossyrae, Melitae aliisque fuisse, ibique diu receptos, sed aliquantum deformatos, & inscripti eorum litteris lapides & metalla satis evincunt. Post vero citra & ultra Gaditanum fretum, a Charidemi promontorio, observante Bocharto, ad ostium usque Anae fluminis, in illam veteris Hispaniae ulterioris partem ab iisdem Phoenicibus, seu Poenis fuisse hasce delatas litteras, manifesto quoque indicio sunt Turditani ipsi, quos memoravimus numi.

Eamdem praeterea gentem & linguam & litteras

vir erat in priscis rebus apprime versatus, sic praeter id genus numos, illis signatos litteris,

cum imperio apud Iberos ulterius disseminasse; ita ut summam rerum in multis Hispaniae citerioris, seu Tarraconensis provinciae locis quoque tenuerit, vel una Carthago, & ipsa punico nomine קרת חרתא *Kartha Hhadtha*, seu *urbs nova*, utique commonstrat. Quam Carthaginensium primariam urbem in Hispania ab illo Asdrubale, qui Barcae, Annibalis genitori successit, conditam fuisse tradit Strabo, *Rerum Geograph.* lib.III. pag.238. alias 158. Uno verbo, ipsa metalla Phoenicio-Punico-Libycis signata litteris, non migrationis solum Phoenicio-Chananaeae gentis cum in Africae, tum in Baeticae loca varia, sed & illius in hanc Hispaniensem provinciam summi imperii esse monumenta. Id vero, quum copiose & graviter ostensum a Cl. Francisco Perezio-Bayerio jam ita fuerit, *Numorum Hebr. Samaritan. Vindiciarum* cap.IV. pag. 120 — 122., ut nihil in eo genere argumenti scribi existimem accuratius posse atque eruditius, uberiori oratione non eget. Quare de hisce Bastitano-Turditanis litteris ad Phoenicias omnino referendis, satis.

Nunc vero, quoniam satis patere arbitror, quare Turditanos numos iis insignitos reperiamus litteris, quae propriae sunt Phoenicio-Punicarum; alterum Hispaniensium numorum genus, quod est Celtibericorum, paucis expendamus oportet. Igitur an iidem numi, qui Hispaniae citerioris, seu Tarraconensis maxima ex parte dicendi sunt, ad Phoeniciam litteraturam referre debeamus, nec ne; rem haud plane inutilem me facturum puto, si illud disquirendum quoque sumam. Characteres quidem, quibus Celtiberici describuntur numi, tanta eorum insolentia oculis statim produnt sese, ut sit verendum, ne sint futuri qui hanc disquisitionem eo magis supervacaneam judicabunt, quo, quid id genus litterarum cum Phoenicio-Puni-

quas *Desconocidas*, sive *Incognitas* vocant, aliquot Phoenicio-Punica inscripta metalla suis quo-

cis commune habeat, vix proponi, definire autem ne vix quidem posse videatur. Enim vero tam peregrina facie sese offerre, atque insolenti habitu eosdem characteres incedere videmus, vel sursum, vel deorsum inversos, vel introrsum flexos; modo sinistrorsum ductos, dextrorsum modo; hi, inquam, eorum situ ac positione tam novam induunt faciem, ut aliam atque aliam ab Phoeniciis elementis, vetustissimarum autem Graecarum litterarum formas plus semel simulare affectent. Quaecumque tamen eorum sit inversio atque deflexio, haud obscura priscae originis suae post se relinquunt vestigia. Quae profecto antiquae prosapiae certa indicia eo nos quasi manu ducunt, ut unde hoc scripturae genus totum manarit, demum dignoscamus. Quamobrem ejusmodi characteres ad litteraturam si revocemus Phoenicum, quamvis ab ipsa tantopere degenerasse videantur; nihil esse caussae opinor, cur in reprehensionem incurreremus eruditorum.

Sed age, illud a me dictum ne gratis quis putet, eosdem *Incognitos*, quos dixere, characteres cum ipsis Hebraeo-Samaritico-Phoeniciis inter se cominus, sed paulisper conferamus; id autem uno, aut altero commonstremus exemplo.

Quid igitur de littera, verbi gratia, Celtiberica ꟼ, statuto opus erit? Uno inverso ordine eam incedentem videbimus quidem, quae tamen suae pristinae restituta origini, nihil nisi purum putum Hebraico-Samaritico-Phoenicium τὸ ᛏꟼ, *jod*, ut in numis frequenter, sed situ aliquantum vario conspicitur, in editis Samariticis ᗰ, redolebit.

Quid de τῷ Ր, Celtiberico, supernam suam lineolam dextrorsum inclinante, quoque dicemus? Ab elemento Hebraeo-Samaritico-Phoenicio ר *ghimel*, se-

que complexus est iisdem Dialogis . Quo sane opere nullum ad suam aetatem prodiisse vel

---

cus omnino inflexo, vix ac ne vix quidem figura discrepabit. Quamquam & aliquando in numis Phoeniciis, eadem prorsus comparet forma,ac in Celtiberica.

Sed ne nimio longius progredi videamur, quam oporteat, unum esto postremum exemplum; videlicet litterae M, in aliquot praesertim numis Saguntо tributis ab Cl. viro Henrico Florez, *Medallas de las colonias* &c. part. II. Tabul. XI. num. 9. & 10. obviae, non dissimilis erit ratio. Quorum numorum ex Museo Illmi & Rmi Praesulis Casalii, viri morum candore, numaria vero re atque antiquaria maxime spectabilis, archetypa duo in manus habui, de quibus inferius quidpiam adnotabo. Uterque autem numus eodem elemento M, in extrema Celtiberica, qua inscribitur, voce, signatur. Atqui idem elementum unde melius repetendum censemus, quam a τῷ W, Samaritico-Phoenicio *scin*, Hebr. ש, in editis Samariticis ɯ, sed apud Graecos varie figurato,& τὸ Σ *sigma* simplex plane referente, nonnunquam vero τῦ C, quod *falcatum*, seu *lunatum* vocavere, in numis & in lapidibus formam exhibente? Quod quidem M Celtibericum nequaquam cum Latina littera M confundendum, quemadmodum errore inducti aliqui, quantumvis docti Antiquarii fecerunt; quos censura jure notavit Cl. Joh. Bapt. Caspar d'Ansse de Villoison, *Anecdotor. Graecor.* Tom.II. pag.166. seq.

Hanc vero τῦ M, formam in multis antiquissimis inscriptis monumentis a doctissimis viris in lucem prolatis comparere, tum ex *Tessera Hospitali Musei Borgiani*, a Cl.viro Siebenkees illustrata pag.36., tum ex numis ejusdem Musei Paestanis argenteis evidentissime patet. Quod ex Syracusanis quoque constat, ut adnotavit Cl. Princeps de Torremuzza Lancillotus-Castelli in suis eruditissimis ad *Siciliae* &c. *veterum in-*

ad rei numariae studium utilius, optimum harum rerum aestimatorem Ezechiel. Spanhemium,

scription. novam collectionem prolegomenis, pag.XLIV. seq. Adeunda quoque numorum Posidoniorum Sylloge,in extremo Cl.viri Pauli Antonii Pauli, Congreg. Matris Dei, Academiae Nobil. Ecclesiastic. de Urbe Praesidis, praeclaro opere Latine & Italice splendidis typis edito atque inscripto = *Paesti, quod Posidoniam etiam dixere, rudera. Romae* 1784. fol.magn.

Sed haec hactenus adnotata, quae certe illustrari pluribus possent atque ornari, si uniuscujusque Celtiberici elementi rationem penitus introspicientes, ad priscum sui exemplar & originem easdem litteras reducendas ac resolvendas aggrederemur; satis argumenti mihi esse videntur, hoc litterarum genus ab Hebraeo-Samaritico-Phoenicia Palaeographia esse desumendum. Multae illarum formae, fateor, ad vetustos Graecorum characteres propemodum expressae deprehenduntur. Immo vero ab Ill.Perezio-Bayerio, loco citato suarum *Vindiciarum*,& *De Numis Hebr.Samarit.* cap. I. II. & III., qui diu multumque de hoc argumento cogitavit, numos illis insculptos litteris, Hispano-Graecos haud immerito appellari intelligo. Utcumque tamen res ea sit; quo magis ad hujusmodi elementa & cogitationem & oculos ego ipse converto, tanto facilius mihi persuadeo, ab litteraturae Hebraeo-Samaritico-Phoeniciae ratione disjungi Celtibericas litteras vix posse.

Sed ut testem appellem meae sententiae, eumque gravissimum atque hac in litteratura summum; audiamus ipsum Franc. Perezium-Bayerium de iisdem litteris & numis disserentem. " Illud fixum, in-
,, quit ille, immotumque animo insedit, veterum
,, Hispaniae populorum atque urbium notitiam ex ve-
,, ra eorumdem, numorum lectione & interpretatio-
,, ne pendere; hanc autem lectionem & interpreta-

De praestant. & *usu nummor. antiq.* Dissert. 1. pag.36. monuisse tradit Anselm.Bandurius, loco jam citato *Bibliothecae Nummariae*, pag.XVIII. Quamquam autem Ill. Antonio Augustino nemo felicius hanc provinciam ante ornasset, uti ait ipse Spanhemius, aut lucem eidem ac di-

„ tionem ex Hebraicis fontibus, id est, e Samariti-
„ cis numis hauriendam; cum Phoenices Graecique,
„ quos per utramque Mediterranei maris oram in Hi-
„ spaniam appulisse constat, litteras ac dialectum ab
„ Hebraeis mutuati fuerint „. Haec ille, Epistola Carolo III. Hispaniarum Regi inscripta, praestantique suae praefixa diatribae *De Numis Hebraeo-Samariticis*. Ac ipsum quidem Cl. virum, molem istam, ut ait ibidem, jam dudum agitantem cum gravia vixque intermissa & jussu regio suscepta negotia diversum abduxissent; ubi tamen primum licuit, ad eadem regressus studia,sese statuisse ait de Phoenicum & Graecorum in Hispania numis agere, sed initio a Samariticis ducto. Cujus sui instituti hanc ipse ejusdem commentarii cap.1. pag.3., reddit rationem, quod numorum Hispaniensium, quos *Incognitos* vocant, studio quantum Hebraeo-Samariticarum litterarum praenotio sit allatura praesidii, tam explorate cognitum habebat, ut aegre & vix quidem sejungi haec studia patiantur ac possint.

Id autem cum ita sit; non esset quod in doctis illis Hispanis commemorandis viris, qui ad eadem inscripta Hispaniensia metalla aut colligenda, aut quocumque modo explananda primi se dederint, a proposito argumento aberasse me quisquam arbitraretur. Hisce siquidem studiis, in eorum eruditorum numerum, qui, ut superius ajebam, litteraturae ejusdem Phoeniciae quasi semina quaedam jecissent, jure erant referendi.

gnitatem luculentius adseruisset; in numorum tamen, quos protulit ignotis characteribus resolvendis, quam parum successerit quod agebat, licet sedulo; ejus Dialogi anno jam prope post hujus obitum in lucem editi (1) palam faciunt.

---

(1) Ill. Archiepiscopi Tarraconensis liber ea de re editus inscribitur: = *Los Dialogos de las Medallas, Inscripciones, y otras Antiguedades. Tarragona* 1587. in — 4to. Haec est enim eximii operis princeps editio, contra atque statuerat Nicol. Antonius, *Biblioth. Hispan. novae* Tom. I. pag. 79. edit. Roman. 1672., qui vetustiorem anni nempe 1575. loc. cit. quoque vulgatam refert. At perperam; quod ab Cl.viro Franc. Perezio-Bayerio, *De numis Samaritan.* cap. 1. pag. 15. not.14.) recte est animadversum. Quam animadversionem illum ipsum Bayerium in recentiori ejusdem Bibliothecae editione, Matriti ab se curata, quamque versare hactenus non mihi contigit, haud fugisse, facilè mihi persuadeo.

Augustini vero *Dialogos* Andreas Schottus primum Latinos fecit, Antuerpiae 1617. editos; tum ex Hispanico Auctoris Italice convertit variisque accessionibus, tum Dialogo XII. de prisca religione & de Diis gentium illustravit Dionys. Octavius Sada. Quae postrema editio, qua ipse utor, Romae publicata fuit an. 1650. in — fol. minoris formae.

De numis porro, quos *Incognitos* appellant, Cl. Auctor ibidem disserit, Dialog. VI. pag. 193. 200. seq. & Dialog. VII. pag. 207. 217. Quos vero & saepissime postea vulgatos Phoenicios profert, Dialogo nempe VI. pag. 182. & 189., sunt Numido-Punico-Siculi. Horum unus bilinguis est Regis Jubae; alterum, sed sua epigraphe Phoenicia male descriptum, ad Siculam urbem pertinere, tertium item bilinguem Dionysi, Sy-

Quoniam vero id genus vetustissima metalla exoticis iisdem insculpta litteris, Cl. Augustinus illustrare primus omnium aggressus est; id laudis Cl. scriptor sibi ipse peperit, quod gentilibus suis doctis aliis viris facem praetulerit, qui eo usque ejus aemularentur industriam, ut in illis iisdem post tractandis edendisque monumentis, quasi uni soli hanc quodam hereditatis jure gloriam studiose sibi vindicasse videantur. Etenim unum aut alterum si demas (1) ex nostris

racusarum Tyranni esse, suo loco dicemus. Confer Dialog. VIII. pag. 23., ubi unus Gaditanus exhibetur numus.

Interim de hoc Praeclaro Augustini opere praeter Nicol. Antonium confer Thom. Crenium, Praefat. in *Museum Philolog. Historic.* Vol.II. pag.26. seq. & Cl. Joseph. Eckhel, *Praeliminar. general.* in *doctrinam numor. veter.* cap.XXII. part.I. Vol. I. pag.CLIV. De tanto praeterea tamque Cl. viro legendum quod ex ejus vita anno 1734. vulgata, prodidit Gregor. Majansius Valentinus. Cujus vitae meminit Xaver. Lampillas in libro Italice descripto & supra cit. pag.302., qui Augustini exactam antiquitatis cognitionem eruditionemque omnigenam meritis celebrat laudibus.

(1) Nicolaus Mahudellus, unus exterus, quantum ego sciam, ille est, qui peculiari eruditaque tractatione idem argumentum de industria est libro persequutus inscripto: = *Dissertation historique sur les Monnoyes antiques d'Espagne &c.Paris* 1725. in 4to. pagg.59. praeter indicem & monetarum & numorum Hispaniensium tum antiquorum, etiam aliquot Phoenicio-Punicorum, tum recentioris aetatis syllogen in extremum rejectam volumen, Tabulisque novem aeri

X

eruditis hominibus, nullum me legere memini, qui ad illa Hispaniensia *Incognitis*, ut ajunt, sive obsoletis inscripta litteris vetustissima metalla vel quacumque ratione explananda, vel saltem copia aliqua, Hispanorum exemplo, evulganda, studium suum & laborem data opera contulerit. Contra, illi in similibus plus minusve colligendis ac publica luce donandis monumentis, sibi non vulgarem operam collocandam censuere.

---

incisis exhibitam. Alphabetum quidem Tabul.IV. formis expressum ligneis, vetustissimorum Hispaniensium characterum, ibidem protulit doctus vir, Societatis regiae Parisiens. Inscript. & human. litterar. Academicus Mahudellus; nulla tamen eorum potestate constituta atque definita. Quare ille idem, licet alias de re quoque numismatica bene meritus, nihil quod ad hanc veterem Hispano-Phoenicio-Graecam litteraturam eruendam quicquam valeat, nos edocuit.

Ex aliis tamen exteris doctis viris non omnino defuerunt, qui ad has litteras animum etiam appellentes, verisimiliora tradiderint. Pauci quidem sunt; in quorum numero ponendus est Cl. Marchio Scipio Maffeius, *Osservazioni Letterarie* Tom.V.lib.II. art.XV. pag.294 — 297. At doctissimo viro, quantis res ipsa esset difficultatibus implexa, magis suboluisse, quam obscuritati argumenti aliquam lucem afferre se potuisse visus est. Eruditissimis quoque auctoribus *Rei Diplomaticae Tractatus*, Gallice conscripti, Tom.I. part.II. sect.II. cap.XVII. pag.705. seq., ea debetur laus, quod primi fuerint, qui in easdem inquirentes litteras, earum Diagramma aeri incisum, aliquo ordine ita delineandum curaverunt, ut aliis facem quodam modo praetulisse videantur, qui ad harum Musarum sacraria accedere minus incommode possent.

Licet id facillime ex illa Σύλλογη (1) judicare; quam sequenti aetate, fere medio scilicet XVII. saeculo Hispanus alter, vir sane doctus nobilique loco natus, quasi ab Antonii Augustini *De numis veterum* Dialogis, impulsus & excitatus Vincent. Ioh.de Lastanosa in manus hominum emit-

(1) Numorum ipsa complectitur, eorumque aeri quidem, sed crassa Minerva incisorum, Tabulas duas & triginta, non autem unam & quinquaginta, uti habet Joh. Albert. Fabricius, *Bibliograph. Antiquar.* edit. superius laudatae tertiae Hamburgensis cap.XIV. pag. 792. Hos autem numos Cl. auctor descripsit suo in libro parum obvio, cui titulus: = *Museo de las Medallas desconocidas Españolas*; *publicalo Don Vincenzo Juan de Lastanosa*, *Señor de Figuaruelas*, *Hijo, i Ciudadano de Huesca* &c.*En Huesca* 1645.in–4to. min. Quarum Tabularum triginta priores exstant a pagina vel potius charta 22 – 51.; postremae vero tres, quas ex suo Museo, sive Bibliotheca protulit Doctor Francisc. Ximenez de Vrrea, Regi a sacris & Regni Aragonensis Chronographus, in extrema Lastanosiana Sylloge recensentur a chart. 222 – 224. Atque ejusdem rarissimae collectionis si paucissimos excipiamus numos, eosque Cuficos, seu Arabicos antiquos undecim, sed perperam descriptos, unum Samaritanum, alterum Hebraicum, sive Chaldaicis hodiernis exaratum litteris; reliqui vel Punico-Phoenicii, Turditani, Cossurenses & Siculi sunt, vel Celtiberici & quidem maximam partem ad provinciam Tarraconensem spectantes. Displicet insculptas numis tam Hispaniensibus, quam Samaritanis aliisque Phoenicio-Punicis epigraphas minus feliciter expressas deprehendi. Quod scalptoris tum indiligenti operae, tum inscitiae tribuendum esse dixerim.

X 2

tendam curavit. Atqui eo magis illud meum judicium confirmo, quod cum Lastanosa tres illa ipsa aetate conjunctos eruditos fuisse videam, quorum de eodem argumento totidem dissertationes ejus collectioni insertae leguntur (1), Paulum videlicet Albinianum de Rojas, Johan. Francis. Andres & Francisc. Ximenez de Vrrea.

Quae autem ex doctis etiam caeteris hominibus aliqui (2), ut Olaus Wormius, ut Olaus Rud-

(1) Singulae inscriptae sunt : = *Discurso de las Medallas desconocidas Españolas*; quarum prima exstat pag. 117 – 142.; altera 143 – 204.; postrema autem pag. 222 – 224. tres Hispaniensium numorum Tabulas adnexas in aes incisas habet ex Bibliotheca, ut superiori monebam adnotatione, Francisci Ximenez de Vrrea.

(2) De quibus nonnulla heic adnotare juvat. Et Wormius quidem quod adtinet, in opere inscripto: *Runer*, seu *Danica Litteratura antiquissima, vulgo Gothica dicta*, edit. II. Hafniae 1651. cap. X. p. 68 – 70., in eam adducitur opinionem, ut putet ab Runicis litteris esse veterum numorum Hispaniensium characteres arcessendos, sed nulla prorsus ratione nulloque auctore locuplete in eamdem opinionem venit Wormius; ideoque hac de re a multis & cumprimis a Joh. Francisc. Andres, illo in loco, quem paullo ante indicavi, pag. 197. seq. Lastanosianae Sylloges, etiam castigatus. Quin immo ipsos numos a Gothis in Hispania fuisse percussos, ille idem Wormius acriter contendit. Quam Wormianam opinionem, tamquam certissimam, ut alios tacitus praeteream, propugnat Joh. Augustinus Egenolfus in *Responsione ad mantissam Cl. Dn. Lyseri* §. VIII. & XIII. *Miscellan. Lipsiens.* Tom. IX. pag. 252. & 261. seq. Ridiculum sane. Wor-

beckius, quae deinceps praestantissimus Ezechiel Spanhemius, quae demum reliqui ex Antiquariis

---

mius tamen ille est, quem multi tanquam antiquitatis patriae restauratorem praedicant, quam ego ei laudem concedo lubens; in quo tamen cum de iisdem agit praesertim numis Hispaniensibus, equidem majorem diligentiam desiderassem atque solertiam.

Neque quicquam sanius suis in *Atlanticis* part.III. cap. I. pag. 37. protulit Olaus Rudbeckius, vetustissimos Phoenicio-Graecos Hispanienses characteres a Gothico-Runicis repetens litteris, quemadmodum in nostra *Diatribe de Bibliograph.Antiquar.* &c.*aliquot capitibus* pag.321. seq.,alias 97.seq.& superius pag.67. me cursim observare memini. Quum autem ejus generis numismata Hispaniensia longe antiquissima esse, nemo, qui ea paulisper consideraverit, jure inficiari posse videatur; mirari certe subit, eruditis viris simile commentum in mentem unquam venisse, ipsumque doctissimum Ezechielem Spanhemium id ipsum eo pacto tractasse argumentum, ut in egregio suo opere *De praestant. & usu numism. antiq.* edit. Londinens., Dissert. II. pag. 112. seq., satis ipse ostendat, ab eadem sese praejudicata opinione tuenda non modo longe abesse,sed & eo sese comparatum animo ibidem declaret, ut alteram, eamque veram Antonii Augustini &aliorum de priscis numis Hispanicis improbet sententiam. Mitto caeteros secus ea de re & recte sentientes, quos recenset Joh. Christoph.Rasche in *Lexico universae rei numariae Veterum* Tom.II.part.I.pag.1527.Confer Scipion. Maffeium, *Osservazioni Letterar.* Tom.V. pag.296., doctorum virorum opinionem numos ejusmodi a Gothicis deducentium merito reprobantem.

Quam porro sint Wormii & aliorum idem pugnantium falsae sententiae, jam demonstraverat doctus Mahudellus, loco ante citato pag. 12. seq. Hispaniam vero ineunte tantum saeculo V. ab Gothicis populis

de vetustissimis iisdem numis sunt commentati, vanis omnino ac inanibus depravarunt opinioni-

---

dominatu teneri coepisse, qui de Hispanicis rebus scripsere, memoriae commendarunt. Quam in rem Vide Hugonis Grotii *Prolegomena in Historiam Gothorum, Vandalorum & Longobardorum*, ab se partim Latine versam, partim *in ordinem digestam*, edit. Amstelod. 1654. pag. 47. ∽ Isidori *Chronicon* ibid. pag. 710. = Jean.de Ferreras, *Histoire générale d'Espagne, traduite de l'Espagnol par M. d'Hermilly*, Tom. II. part.III. pag. 19. & 29.

Atqui longe ante quam Romani Hispaniarum provincias imperio jam obtinuissent, hujusmodi numismata fuisse percussa, ipsi numorum typi, eorumque multorum elegantia luculenter ostendunt planeque ad veritatem. Quod ex scripturae Hispanicae ratione etiam facile liquet. Quam certe scriptionem Gothica fuisse multo antiquiorem & Runicis Alphabetis omnibus, neque illam ad istam esse ullo modo referendam, jam vidit in primis Otto Sperlingius in Epistola ad Gisbertum Cuperum, num.LX.; *Thesaur.Antiquitt. Graecar.& Romanar.Nov. supplement.*Johannis Poleni Tom.VI. col.181. Confer eumdem Tomum col.8. 10. seq. 13. & 171. 173. Adeundus praeterea D. Blasius Anton. Nasarre, *Prologo a la Bibliotheca universal de la Polygraphia Española de Christoval Rodriguez*, pag. v. b. & XXII.

Quid est igitur,quod moremur quae secus ab aliis scriptoribus praesertim Germanis, gentis suae gloriae plus nimio cupidis, disputata de summa Runicarum litterarum antiquitate fuerint, a quarum origine, tanquam a primo fonte, non rem modo totam litterariam petunt, sed & numismaticam veterum Hispanorum? Quasi eadem inscripta metalla Septentrionales gentes ab multa usque aetate proprio jam signassent charactere; aut jam inde ab ultimis temporibus

bus. Qua sane in re, quod tantorum virorum pace dixerim, nihil minus quam sapuisse dicen-

earum plures suis relictis sedibus, permultisque terrarum tractibus huc atque illuc diu vagati, ad Hispanias demum pervenientes, eoque suis inlatis litteris id genus monumenta ibidem percussissent. Apage istiusmodi commentum!

Haec autem de Celtibericis numis hactenus disputata quamvis tam certa sint, ut nulli dubitationi dari locus possit; nihilominus nuperrimum scriptorem eumque sane doctum Cl. d'Harcanville secus opinantem video in suis *Recherches sur l'origine, l'esprit & les progrès des arts de la Grece* &c. *à Londres* 1785. Tom. II. lib. II. cap. I. pag. 78. not. & pag. 381. seq. Quae quidem Cl. Galli sententia quam commentitia sit, quod ea de re habeo dicendum, magis magisque declarabit. Argumentum enim, quo potissimum ipse nititur, est de Runarum litterarum, quibus ejusmodi numos inscriptos esse opinatur, magna vetustate, quasque a Pelasgicis vix esse distinguendas retur. At haec quoque cujusmodi sint, mox ostendemus. Neque docti viri, loc. cit. pag. 77., ut illud obiter animadvertam, de Hispaniensibus Amporitanis numis verba facientis, verior adnotatio est, qua ab Henrico Florezio nullam hujusce urbis, (nunc *Empurias*) numorum mentionem injici adseritur. Certe Tabul. XXIV. & XXV. ejusdem eruditissimi Hispani operis, *Medallas de las Colonias* &c. inscripti, part. II., & quae de iisdem, eo loci pag. 409. — 426. copiose disserit, rem contra & apertissime evincunt.

Jam vero, an tantae antiquitatis quantam contendunt scriptores, quos recenset Cl. Hieremias a Bennettis, *Chronolog.* & *Critic. Histor.* Tom. I. Prolegomen. I. cap. I. §. LXIV. pag. 137. seqq., sint ipsae litterae Runae, nec satis scio; nec, si scirem, definire ausim. Quis namque hanc controversiam silentibus an-

di sunt; praesertim cum neque ex eorum conjecturis atque explanationibus quicquam accedat

---

tiquis omnibus scriptoribus, deficientibusque monumentis illis, quorum vetustas probe testata sit atque explorata, dirimat ac componat? Quare mitto quae de Runarum litterarum antiquitate habet, Georg. Frider. Heupelius, *Dissertat. de Ulphila, seu versione* IV. *Evangeliorum Gothica*; in Johan. Oelrichs *Germaniae litteratae Opusculis Histor. Philolog. Theolog.* Bremae 1772. Tom. I. pag. 269. — 273. Qua vero aetate eaedem inventae litterae fuerint, Heupelius non definit. Quonam autem pacto illud definivisset, quod in summa obscuritate jaceat? Nec etiam earumdem litterarum tanta vetustas placet Joh. Philippo Murray, *Commentat. alter. Animadversionum in Litteraturam Runicam* §. 9., *Commentat. Societ. Reg. Scient. Goettingens.* Tom. II. pag. 30. " Simplicitate igitur, ait ille, mira „ se produnt, quam summae antiquitatis indicium „ urgere solent. Antiquitatis omnino concedo; sed „ ultimae non censeo „. Et §. 10. pag. 31. ab Latinis Litteris Runas proxime deducendas censet; *ut pariter*, inquit, *Hickesius & docti Benedictini*. Qui tamen eruditi viri in suo *Diplomaticae rei Tractatu*, Gallice edito, Tom. I. part. II. sect. II. cap. XVIII. pag. 710. seq., ea de re dubitanter scribunt; etsi ab Philipp. Murray de harum litterarum antiquitate sententia haud multum discrepare videantur.

Ut igitur doctis viris non prorsus assentior, recentes admodum esse Runas litteras, extremo nempe saeculo IV. vel ineunte V. ex Gothico deductas Alphabeto, sed ad Latinorum, aut Graecorum characterum formas ac numerum ab Ariano Gothorum antistite Ulphila, cujus meminit in primis Socrates, *Histor. Ecclesiast.* lib. IV. cap. XXXIII. pag. 251., accommodato statuentibus; ita quoque illorum sententiam minus probo, qui Runicum Alphabetum ab an-

vel ad hujus studii laudem, vel ad exemplum posteritatis. Porro cum de hisce Antiquariis ita

---

tiquissimo Pelasgico, vel a vetere Scythico, ante Cadmeas litteras Graeciae inlatas, ortum atque universis Occidentis populis ab ultimis frequentatum aetatibus, conjecturam faciunt. Quo sane spectant quae Nicol. Freret habet in suis animadversionibus, sive *Réflexions sur les principes généraux de l'art d'écrire, & en particulier sur les fondemens de l'Ecriture Chinoise*, Actor. Academ. Reg. Inscript. Tom. VI. pag. 616. Cui quidem Freretii & aliorum sententiae accessisse intelligo Cl. virum Court de Gebelin, *Monde Primitif*, &c. *Origine du langage* Tom. III. sect. II. cap. IV. pag. 462. seq. Censetque vir, litterarum damno immatura morte anno 1784. nobis ereptus, componi non alio modo inter se pugnantes scriptorum opiniones posse, nisi hoc pacto res statuatur. Scilicet, ne in docti viri cogitationem quidem cadit, populos veteres Septentrionales cum Pelasgis & Scythis, quibus essent cognitae litterae, aut rebus suis, aut aliqua necessitudine olim conjunctos, in earum fuisse ignoratione omnino versatos.

Bene se res habet, si ea ratione consistat. Estque sane ingeniosa conjectura, sed paullo obscuriora haec sunt, quam ut certo definiri quicquam possit. Quidquid illud etiam sit, quod de Runica, quam veluti antiquissimam produnt, inscriptione, cujus ego mentionem feci, *Diatribes* nostrae ante citatae pag. 66. alias 290.

At enim, quod eruditi homines de Runico vetustissimo diagrammate statuendum putant, fortasse impetrarent; modo quae de illis Pelasgicis litteris ante Cadmeas, de quibus superius pag. 49. seqq. dictum est, receptis, in Graeciam autem, ut volunt, invectis, plana essent ac manifesta, populisque Septen-

disputo, non tamen committam, ut existimem, scriptores, quos jam nominavi, doctos Hispa-

trionalibus usum aliquem cum Pelasgis inde ab initio fuisse atque consuetudinem, satis constaret.

Quae praeterea Pelasgorum fuerint vera primordia atque origines restaret demonstrandum: videlicet, an potius a Scythicis, aut Celto-Scythicis gentibus per Europam atque Asiam olim, ut videtur, longe lateque diffusis, quam a Phoeniciis, sive Philistaeis, vel Chananaeis populis, & quidem multo ante Cadmi tempora prognati dicendi sint. De quibus Pelasgis confer, si lubet, quae disserui in *Disquisitionibus*, Gallice scriptis, *super Epocha Equitationis* part. I. pag. 133. seq. 184. & part. II. pag. 188. seqq. & 193.

Ne vero quicquam obstare videatur, quo minus quod docti illi viri defendunt, reipsa consequantur; illud eis quoque erit reliquum, ut Scythas, vel Celto-Scythas, quorum Pelasgos progeniem esse pugnant, publicis in rebus ac privatis rationibus ab usque remotissima illa aetate litteris uti consuesse demonstrent, quae ab antiquissima characterum forma plane abfuissent Phoeniciorum. Quod profecto veterum monumentorum, quae indubiae sint fidei, praesidio numquam confirmabunt. Quod si ea confirmare sibi sumant; quam vellem, ne veterum scriptorum abuterentur testimoniis. Haec porro singula, utpote summa involuta obscuritate, quemadmodum non dicam in optimo, sed in aliquo collocari lumine queant, nemo non intelligit.

Ego quidem si quidpiam video,ut ipse percipiam, non aliis argumentis opus est. Quamquam multa & sane praeclare de Scythicis, aut Celto-Scythicis gentibus a doctissimis viris, uti Bocharto, Paulo Pezronio, Simone Pelloutierio, auctoribus *Historiae Universae* ex Anglico Gallice, ab ipso quoque D'Harcanville aliisque, in commentariis relata cognovi. Quantis

nos, paucosque ejusdem Cl. gentis alios, quorum paullo post mentionem injiciam, hancce

---

nihilominus adhuc jaceant in tenebris quae ad Celto-Scytharum veras origines ac rem spectant litterariam, testem unum tantum appellabo doctum Jacob. Bruckerum, *Histor. Critic. Philosoph.* Vol. I. lib. II. cap. IX. & XI. pag. 313. seqq. & 351. seqq. Omitto quae de primis eorumdem populorum historicis temporibus, incertis sane atque multum dubiis, in modo citatis *Disquisitionibus* nostris part. I. pag. 143. seq. ego ipse observavi.

Sed etiamsi harum gentium veras origines plane cognitas haberemus; non idcirco de maxima illa, quam ponunt, vel Pelasgicarum, vel Scythicarum litterarum antiquitate certiores essemus. Qui rem contra pugnant, non tam veterum scriptorum auctoritate atque indubitata monumentorum fide, quam conjecturis rem definire adnituntur; quemadmodum alibi quoque animadverti.

Illud quoque accedit, quod vetus monumentorum exstet omnino nullum, ex quo tanta earum reipsa eruatur vetustas litterarum, quodque Cadmearum, sive Phoeniciarum, uti supra pag. 55. seqq. ex inscriptis hactenus cognitis vetustissimis monumentis ostensum est, antecedat aetatem.

Quapropter nullatenus movere nos debent quae magna utique eruditione de hisce Pelasgicis, Scythicisque litteris passim disputavit Cl. D'Harcanville, loc. ante cit. suarum *Disquisitionum* Tom. II. lib. II. cap. I. pag. 110. 118. & cap. II. pag. 266. 337 – 343. – 350. 362 – 382. Quae singula ibidem ab Cl. viro enarrata si paullo attentius consideremus, non eo pacto comparata nobis videbuntur, ut tota hujusce suae ea de re bene longae disputationis ratio recte concludatur. Hoc unum ex veterum, quos profert, scriptorum testimoniis efficitur, multo ante Cadmi tempora littera-

Phoenicio-Graecam litteraturam in ejus generis numismatibus obviam, iis illustrasse doctrinis,

rum usum, quaecumque demum fuerint, jam obtinuisse quidem; quod ego tantum abest, ut inficias ierim, ut potius cum saepe alias, tum etiam ponendum censeo.

At quorsum tam multa de hisce litteris, quas Pelasgicas Cl. vir contendit? nisi ut non alias atque alias fuisse defendat ab illis, quas, eo ipso judice, fuerint veterum *Islandorum*, seu ab illarum alphabeto, quod, ut ait ille, *Scythicum*, *Danum*, aut *Runicum* Gothi olim recepere. Sed fac, receperint, Quorsus, inquam, tandem istuc? ut nimirum intelligere possimus, Hispanienses, de quibus agimus, numos magno numero obvios, & argenteos & aeneos, ab iisdem Septentrionalibus percussos fuisse populis. Quod quam falsum sit, ut nihil gravius dicam; jam ex dictis patet. Haud pauca quoque sese in promptu offerrent dicenda, quae magis magisque illud demonstrarent. Quae quidem quo minus heic adducam, nimia ipsa prohibet adnotationis nostrae longitudo. Hoc unum addam, Celtibericos numos veterum Hispanorum certissime proprios, cum ad Phoeniciam litteraturam aliquo modo pertinere dixi, testem meae & sane gravissimum habui sententiae. Quibus autem gradibus Phoenices litteras in orbem, eorum aetate cognitum atque in ultimam Thulen, praecipue vero in Hispaniam intulerint, legi omnino merentur quae singulari eruditione, nec minori ἀκριβείᾳ Cl. Perezius-Bayerius in suis jam indicatis *Numor. Hebr. Samaritan. Vindiciis*, de hoc argumento egregie scripsit cap. IV. pag. 121 — 128. Ex iis enim ab erudito viro ibidem expositis, & brevitatis caussa a nobis heic omissis, quid de Hispaniensibus, seu Celtibericis vetustis numis eorumque scripturae obsoleta ratione, quam ex litteratura Phoenicum derivasse nullus equidem dubito, judicare nobis liceat, manifesto apparebit. Quidquid igitur doctissimi viri de hisce numis eo-

atque ornasse, quarum luce hoc in studio nihil nobis amplius sit abditi, nihil obscuri, nihilque impervii.

Quid autem hujus rei sit, libere dicamus. Enim vero si aliqui ex eadem gente, vel ante ipsum Lastanosam exstitere, qui ad antiqua haec inscripta metalla Hispaniensia animum applicarent, quos in subjecta (1) percenseo adnotatio-

---

rumque epigraphis, ad litteras sive Pelasgicas, sive Scythicas, aut Runicas referendis, commenti sunt; inanis opinio est, atque argumenti genus, quod omnino corruat oportet.

(1) Qui in hoc numorum studio ingenium suum exercuere, Cl. Canonicum Bernardum Aldrete, de quo superius dixi, quoque fuisse intelligo, & quidem ex eo suo opere *De l'Origen, y principio della lingua Castellana*. *In Roma* 1606. in – 4to lib.III. cap.XVIII. pag. 242. Sed is doctus vir, alioqui Hispanicarum antiquitatum peritissimus, de iis numis Celtibericis tam pauca ibidem attigit, eaque tam exigua luce collustravit, ut eum hac in litteratura aliquantum amplianda atque ornanda quasi coecutiisse, quodam jure dicere ausim. Attamen & illud ipsius Aldreti clarae memoriae debeo, quod in uno Hispaniensi numo bilingui, Celtiberica nempe & Latina instructo epigraphe, licet praeeunte Ill. Anton. Augustino, *Dialog.* VI. pag. mihi 194. seq., recensendo & CELSAE civitati tribuendo, haud errasse mihi videatur.

Et re quidem vera, hujusce typi numum aeneum, sed unis tantum Celtibericis signatum litteris, eumque integerrimum, ad manus nunc habeo ex plane insigni Numophylacio Ill. Baronis dell'Alminusa, Patricii Catanensis, Alexandri Recupero, nobis amicissimi, viri sane numismaticae rei maxime experti,

ne ; ii omnes profecto , licet doctissimi , nihil plane , quod interesse ad haec studia magni vi-

---

& quod majus est , notae pietatis in Deum , qua sese adversus iniquitatem fortunae tuetur . Hunc vero numum quod adtinet , adversa ejus pars caput sistit imberbe , comis cincinnatis , in area autem hinc inde Delphinos tres . In aversa , eques galeatus visitur decurrens , dextra palmam tenens ; subest epigraphe = ‹ΛϚ𐌇 , seu KLSE , priori littera vocali Orientalium more suppressa , vel CLSE , id est CELSA ; oppidum ad Iberum amnem , Strabone teste , *Rerum Geograph.* lib.III. pag.160. al.244.

Equidem video Cl. Velazquezium , sui speciminis , seu *Ensayo* &c, pag.108. seq. (edition. an.1752. neutiquam vero 1762.,uti superius pag.300. not. mendo aegre excidit Typographico) aliquantum dubium atque haesitantem de primi & secundi Celtibericae inscriptionis elementi vera potestate . Quae quidem litterae , ‹ & Λ tametsi notare queant τὸ C & τὸ L ; indicare quoque , ejus sententia, possunt L. & A. Qua incertitudine ductus Cl. Velazquezius legi posse τὸ LASE, loco τοῦ CELSE suspicatur. Atqui ea ipsa suspicandi ratione quasi irretitus , eo venit , ut bilinguem numum ab utraque civitate , aliquo societatis foedere sibi juncta, & *Celsensi* , uti altera Latina fert epigraphe , & *Lacetana* percussum fuisse conjiciat .

Quamquam ejusmodi societatis , unius civitatis cum altera initae, in antiquis praesertim inscriptis metallis , ut suo loco dicam , haud pauca exstant exempla ; nihilominus a Cl. Hispani conjectura longe abesse me ipse profiteor. Quare autem secus ipse sentiam , & uni civitati Celsensi numus uterque sit adscribendus , facit elementorum ‹ & Λ vera ratio atque potestas ex aliis Hispaniensibus ab illo ipso Velazquezio passim productis monumentis , omnino definienda . Atqui quod τὸ ‹ non alia littera sit atque τὸ C. , His-

deatur, prompserunt. Sic enim fuere hoc in genere omni versati, ut cum de explicandis

---

paniensis alter numus Emporitanus, quem ille idem Cl. Velazquesius profert Tab. VIII. num.3., plane planeque evincit, & ipse non modo non diffitetur, sed etiam statuit ibidem §. III. pag.51. Quo loco de singulorum Celtiberici alphabeti elementorum potestate sermonem instituens, *El tercero* <, ait ille, *es el nono del Alphabeto Etrusco, y su verdadero valor se ha conservado en una Medalla de Emporia*; in quo numo sic habetur = MVNI<I *pium*. Alterum demum quod spectat elementum Λ, nullibi in monumentis bonae antiquitatis sive Graecis, sive Latinis ipsum occurrere deprehendemus, in quibus secus valeat atque τὸ A. Confugit quidem Cl. Velazquezius ad duo illa Latina, quae antiqua vocat, monumenta ab Scipione Maffeio, *Musei Veronensis* pag. 181. edita. At mirum sane Cl. Hispanum in id genus tabulis saeculo VIII. progrediente exaratis, conjecturae suae praesidium quaesivisse, quae praeter eorum obsoletam & barbaram scriptionem ab Ill. Maffeio producta sunt, veluti *plebeja ac rustica latinitatis praeclarissima Langobardorum temporum monumenta*. Verba sunt ipsius Maffeii, loc. cit.

Hunc porro Hispaniensem numum, pondere 339. granor. Roman., unis Celtibericis insculptum litteris a Celsensi populo, longe ante, ut arbitror, quam Romani in Hispanias invasissent, percussum, eo rariorem reputo, quod a nemine Antiquariorum, quos evolverim, praeter ipsum Lastanosam, qui primus in sua Sylloge, seu *Museo de las Medallas desconocidas* num.13.& 14. eumdem in publicum produxit, editum reperiam. Certe neque Lud. Joseph. Velasquez, neque Henric. Florez, qui hoc in genere numismatum perquirendo tantopere laborarunt, neque ipse Mahudel, neque diligentissimus Jo. Christoph. Rasche,

Phoenicio-Graecis Hispaniensium numismatum epigraphis, non admodum laborarint; passi

Lexici universae rei numariae Veterum, voce CELSA; uno verbo, neque Thomas Wise in *Numor. antiquor. scriniis Bodleianis reconditor. catalogo*, neque D'Hennery, neque demum ipse Pellerin aliique ejus mentionem fecere. Qui tamen omnes eruditi viri bilinguem numum Celsensem descripserunt. Numum vero illa aetate fuisse cusum, qua Celsa civitas in potestatem jam venerat Romanorum, cui nihilominus Ἀυτονομία, seu facultas suis utendi legibus concessa fuerat, bilinguis epigraphe satis declarat.

Caeterum vix haec typis commiseram, cum in locupletissima Eminentissimi Cardinalis STEPHANI BORGIAE numorum veterum Gaza & bilinguem & alterum Celsensem, paullo licet minoris integritatis, inter Hispanienses gaudenti animo comperi. Sed ad doctos Hispanos redeo, a quibus aberrare videor, dum de utroque numismate fortasse nimis multa disserui.

Eodem saeculo paullo plura de hisce numis debemus Gaspari Escolano, cujus confer *La Historia de la insigne Ciudad y reyno de Valencia. En Valencia* 1610. & 1611. in - fol. part.I. lib.I. cap.XII. lib.II. cap.XXIV. col. 75. & 415. part. II. lib.VI. cap.XV. lib.VII. cap.IX. lib.IX. cap.XIX. col.121. 397. seq. & 1139. Ab ipso tamen erudito Hispano quid luminis nobis sperare licuit? qui de hisce numis sermonem instituens, earum demum litteras, quibus inscribuntur, sibi ignotas esse confitetur atque inexplicabiles. *Estas lettras*, ait ille pag. 1139., *desconocidas son inexplicables*.

Illa ipsa quoque ferme aetate alterum doctum Hispanum reperio Franciscum de la Huerta, qui in sua *España primitiva* Tom. I. cap. XVI. de iisdem numis disseruit. At non equidem video quid ipse protulerit, quod aliqua consideratione sit dignum. Immo tanta vetustate easdem Hispanienses habet ignotas lit-

fuerint jacere ipsa, non secus atque ante jacuerant, involuta obscuritate. De iisdem namque

teras, ut ad tempora & Moysis & Abrahami aetatem antevertentia, eas referendas existimet. Praeterea se in ea esse opinione palam significat,quae Pauli Albiniani de Rajas in primis fuit, pag.121. superius indicatae Lastanosianae Sylloges: videlicet hanc ipsam scripturam iis in numis expressam, neque Hebraeorum, neque Graecorum, neque Latinorum, neque alterius populi, cujus memoria maneat aliqua, ad antiquas pertinere litteras; quin etiam nec illarum vetustissimarum gentium, quibus Hispania suas primas debeat origines. Atqui haec quidem ex numorum ipsorum epigraphis Cl.vir concludere arbitratur.

Nego autem tam esse id manifestum, quam judicatum ab eodem Albiniano aliisque fuit. Non hoc eo tamen dico, quin litteras hasce veteres Hispanicas in numis quam plurimis, in paucissimis vero, qui supersunt, lapidibus exaratas, ab characteribus ullo modo discrepare velim illorum populorum, uti Phoenicum & Graecorum, quos Hispaniarum provincias, antequam Romani earum imperio potirentur, variis temporibus occupasse, memoriae proditum est.

Verumtamen easdem Hispanicas litteras mihi cedo; hanc discrepantiam equidem video. Quae sane varietas atque dissimilitudo si primo intuitu, nullaque earumdem Hispaniensium litterarum cum aliis, uti Phoeniciis ac Graecis vetustioribus atque etiam Etruscis collatione ante facta, consideretur, haud exigua profecto deprehenditur; atque talis apparebit dissensio, ut non modo non uniri has cum illis alphabeticis litteris, sed ne fingi quidem aliqua poterit inter ipsas consociatio. Sed enim, quantacumque haec esse discrepantia videatur, quae tolli certissime potest, modo opus constanter urgeatur; illud primum ab Cl. viro Paulo Albiniano aliisque doctis Hispanis erat consi-

vetustis Hispanicis numis, quorum copiam Cl. Lastanosa, quanto nemo unquam ante hac nu-

derandum,quod saepe alias me animadvertisse memini, cujusque gentis remotissimae aetatis litteras vices suas fuisse passas.

Quapropter mirabile nemini videri poterit, si iisdem Hispaniensibus characteribus ex Phoenicum litteratura repetendis, etsi dextrorsum ductis, id accidisse videamus, quod caeterarum omnium gentium variis multiplicibusque de caussis, decursu potissimum temporis, scripturae rationi evenisse, numi, lapides, aliaque id genus antiqua monumenta plenissime evincunt. Quae nihilosecius immutatio, quo minus in vetustis ipsis Hispanicis litteris primigeniae suae originis vestigia manifesta contueamur signaque integra, nequaquam impedimento est.

Igitur antiquissimae Graeco-Ionicae praesertim litterae & Poeno-Siculo-Phoeniciae, immo & Etrusca ipsa elementa, illi ipsique Hispanienses characteres inter se conferantur: si rite diligenter instituatur comparatio; non dubito fore, ut non tanta solum, quantam praedicant, dissensio evanescat, verum etiam cum caeteris, quarum meminimus, litteris haud incongrue componi Hispaniensis vetus Celtiberica scriptio queat.

Sequitur,ut non tacitus praetermittam alterum ejusdem fere aetatis doctum virum Francisc. Fabrum ab Velazquezio, speciminis sui, seu *Ensayo* &c. §.1. pag.7. seq. commemoratum. Cujus quidem eruditi Hispani hoc unum in suis praesertim *Conjecturis* patrio sermone conscriptis, spectasse videtur industria, ut ex antiquissimae gentis Celticae scribendi ratione ipsas Hispanienses litteras esse deducendas existimarit. De harum porro litterarum vero diagrammate nihil ipse habuit, quid sibi statuendum videretur, ut qui id scriptionis genus omne in tenebris, multis ab hinc saeculis in aeternum jacens, a nemineque unquam morta-

mero, exhibuit, explanandis illustrandisque cogitarunt, ita certe implicati difficultatibus, im-

lium suscitandum detegendumque opinatus fuerit. Quae profecto disputandi ratio non modo rem non explicat, sed ad argumentum tantisper assequendum nullas omnino nobis commonstrat vias, quibus insistamus.

Et de his superiori saeculo claris Hispanis scriptoribus quidem hactenus. Nunc vero quid recentiori quasi nostra memoria nonnullis ejusdem gentis doctis viris hoc in studio numismatico debeamus, paucis concludam. Et quidem non est omittendus doctissimus Decanus Alonensis Emmanuel Martinus. Nam & ipse studio multo tentavit quid in eo genere posset. Rem vero diu noctuque animo versans, atque expendens, uti ille ipse litteris tradidit, specimen quoddam alphabeticum illarum litterarum tandem delineaverat; licet in eo non omnino acquiesceret. Quod quidem cum centum & sexaginta numis, partim vetere Hispanico charactere exaratis, ad Cl. Scipion. Maffeium sese transmittendum curasse, in epistola ad eumdem scribit, Alonae data Idus junias 1734., *Epistolar.* suarum lib. IX. pag. 149. Id autem erudito viro suboluisse videtur, litteras illas sinistrorsum esse legendas Hebraeorum more, Phoenicum, Poenorum Arabumque &c. Tametsi eum ipsum scripturae modum iisdem Orientis populis jam inde a primis receptum temporibus, in omnibus & singulis vetustis Hispanicis exoticis numis legendis esse tenendum, Cl. Martinum existimasse, vix crediderim. Et sane Celtibericorum & Phoenicio-Bastulo-Turditanorum non una eademque lectionis semper est ratio. In Celtibericis namque scriptionis modus a sinistro ad dextrum inlatus saepissime tendit quidem, at non semper, uti Cl. Scipioni Maffeio visum est, *Osservazioni letterarie* Tom. V. lib. II. §. VIII. pag. 294. Etenim non desunt exempla, ut patet ex aliquot ejus generis numis a Cl. Velazquezio recensi-

peditique ab alphabeto litterarum non perficiendo solum, sed etiam vix inchoando fuere, ut de-

tis, in quibus quandoque ipsa scriptionis ratio adverso procedit ordine, sicuti solent Hebraei. Quorum morem in legendo & scribendo Bastitani, sive Bastulo-Phoenicio-Turditani semper imitantur. Fuisse tamen Turditanos populos, qui Celtiberorum scriptionis modum dextrorsum nempe sequerentur, ex iisdem numis a Valazquesio productis aperte liquet.

Quamquam vero ejusmodi scripturae rationem Cl. Martinus vix attigisse videatur; hoc tamen in ejus laude ponò, quod ipsam sibi jam viam pararat, quam si diligentiori cura fuisset atque majori studio sequutus, nihilque quicquam de hujusce studii assiduitate remisisset; ad optatum aliquem finem, incoeptum deduxisset suum. Illud quoque accedit laudis, quod sua diligentia atque industria reliquis omnibus ante ipsum ea in disquisitione versatis, longe praestiterit. Confer ejusdem adhuc in vivis agentis vitam ab erudito altero Hispano, Regi a Bibliotheca, Gregorio Majansio conscriptam & ipsius Martini praemissam *Epistolis* §.163. seq. pag. 85. seq. edition. Romanae, uti praefert voluminis frons, sed revera Hollandicae, seu Amstelodam. anni 1738. in — 4to.

Est alter eadem ferme aetate doctus Hispanus Blasius Antonius Nasarre, qui in suo *Prologo a la Bibliotheca universal de la Polygraphia Española de don Christoval Rodriguez. Madrid* 1738. in — fol. pag. IV, a. XI. b., de iisdem numis aliisque Phoenicio-Punicis, tum ex Antonio Augustino, tum ex Lastanosae Sylloge ab se productis, multa quidem paucis complexus est paginis. Verumtamen doctus vir eo quoque adducitur, ut horum Hispano-Celtibericorum numismatum scriptionis modum nullius fuisse gentis defendat, uti de Albiniano de Rajas superius observabamus, neque Hebraeae, neque Phoeniciae, neque Graecae,

mum coacti sint despondere animum, ab eaque se cogitatione avertere. Hoc unum interea satis

---

alterius cujusque antiqui populi, de quo vetus historia loquatur. Has tamen litteras proprias fuisse ait veterum Hispanorum. At quae earum vera fuerit ratio, quum ipse ille nihil definiat, iisque idcirco eruendis ne minimum quidem adspergat luminis; quid de Cl. Hispani tentamine, nullum aliud quam Mahudelli, de quo supra pag.322. dictum est, earumdem litterarum alphabetum proferentis, sit sentiendum, non est cur declaremus. Res namque ipsa eo pertractata modo, satis declarat.

Ante vero quam huic jam bene longae nostrae notationi finem imponam, non possum, quin alterum commemorem eruditum Hispanum, qui de hisce litteris ac numis, deque Hispanico vetustissimo sermone, in ipsa Vasconum, maximam partem hodie Navarrei Regni Pyrenaeis affixam montibus, incolentium, lingua quaerendo, nonnulla quoque aliquot post annis scripsit. Is ille est Stephanus de Terreros, qui & Pando, in sua *Paleografia Española* &c. *En Madrid* 1758. in — 4to. min. Atqui docti viri de eodem argumento disputationis summa haec est pag.134— 142., videlicet: in hac operosa ac studiosa investigatione linguae & Hispaniensium litterarum, quae, eo etiam judice, nullius sunt prisci nobis cogniti populi, nisi Hispanici, & veteris Iberiae dialectus, quamvis in Vasconum, seu Basquensium hodierna lingua investigandae, ut aliquid tandem proficiamus, non satis opus esse veterum eumdem Hispaniensem sermonem & litteras cum Orientis characteribus & linguis conferre; sed hanc ipsam collationem cum aliis litteris & monumentis instituere, quae supersunt Septentrionalium populorum oportere. Tametsi Phoenices, Graeci & Celtae antiquissimis, iisque variis aetatibus Hispanias frequentarint; quidni itidem aliae gentes, Septentrionales

habuere, horum numorum characteres, Hispanicos illos quidem veteres, verumtamen gentis primaevos fuisse contendere.

---

oras usque magis diffusae, in illas pervenire suasque inferre litteras potuissent? Runici & Gothici primaevi characteres, inquit ille pag. 141., Hispaniensibus, quos *Desconocidos* vocant, tam consimiles sunt, ut plures Septentrionis scriptores id sibi sumserint, has ab illis esse arcessendas. Etsi errore lapsi sunt, dum Hispanienses numos sub Gothicis Hispaniarum Regibus cusos adseruere. Alii hos characteres a Celticis ortos propugnarunt. Neque omittendum, subjungit ille ibidem & pag. 142., quo studio, quove ardore iidem Septentrionis scriptores, non sine tamen nimio patriae amore, litteraturam suam antiquitate superare & Latinas & Graecas litteras. Rem demum suam ita concludit doctus de Terreros, ut probabile sibi videatur, ipsam scripturae rationem, qua Gothi in Hispania usi sunt, ex litterarum *prosapia* fuisse Romanarum; quam vero ante & post Romanorum in illam adventum Hispani primitus usurparunt, ad *litteraturae* GOTHICAE PRIMAEVAE, *vel* RUNICAE *stirpem*, sive genus spectasse; *fué de la casta de la letra* GOTICA PRIMAEVA, *ó de la* RUNA. Haec ille

Quonam autem pacto Hispaniensium earumdem litterarum investigatio sit facienda, ex qua aliquid colligatur, quod ad eas dignoscendas viam nobis paremus; paullo superius pag.338. exposui. Quod vero doctus de Terreros tantum in Gothicis, aut Runicis litteris ponat praesidii, ut iis in hac instituenda collatione praetermissis, nullus ferme ad Hispanienses assequendas aditus pateret; hoc quo tandem modo ipse ostendisset? Perinde ac si Gothicae, sive Runae litterae, illaque Septentrionalium monumenta, quae jactant, populorum, summae essent, quam sibi com-

Sit sane ita; modo eosdem doctos viros sic laudemus, ut videamus nobis in illo genere

---

miniscuntur, antiquitatis; vel ab Gothica, seu Runa litteratura, vetus Hispaniensis derivasset, vel utraque ad idem genus pertineret scripturae. Quod profecto fuisset demonstrandum. Vide supra, pag. 326. seq., ubi ea de re tam multa diximus, ut quidquam addere non modo non necessarium, sed & supervacaneum atque inutile videatur.

Quod tamen hac in collatione instituenda, Gothorum, aut Runorum ratio aliqua habeatur litterarum, hoc erudito detur Hispano. Sed illud praeterea sibi fuisse arbitror etiam atque etiam cogitandum, quantum ex vetustissimis praesertim Graecorum litteris, quemadmodum ante indicato loco ajebam, aliisque, uti Etruscis, quippe ab uno eodemque fonte derivatis; scilicet Hebraeo-Samaritico-Phoeniciarum, huic disquisitioni luminis certe accessisset. Quod quum doctus vir tacitus omnino praetermiserit, contra atque in Hispanico specimine sibi bene noto, seu *Ensayo &c.* Cl. Velazquezii statutum recte fuerat §. II. num. 5. pag. 24. seqq., nihil est caussae, quare illius consilio amplius immoremur. Quamquam & illud quod de vetusto Hispaniensi sermone ipse habet, & sane mea sententia, a prisca dialecto Celtica repetendo atque in Vasconum, seu Basquensi lingua, de qua supra pag. 283. seq. pauca adnotavi, quaerendo; non is ego sum, qui improbaturus unquam veniam.

At enim, ut rem obiter attingam, Celtas, quorum nomen cum imperio latissime olim patuisse doctissimi viri existimarunt, Simon cumprimis Pelloutier, *Histoire des Celtes* lib. I. cap. I. & II., secus quam postea pluribus ostendere conatus est Cl. Joan. Daniel Schoepflinus in suis *Vindiciis Celticis*, eamdem appellationem incolarum Galliae Transalpinae tantum propriam fuisse contendens, (qua de litteraria concerta-

omnium principes ad suscipiendam atque ingrediendam rationem hujus studii numismatici ex-

tione confer indicatae Historiae Celticae Tom. IV. edit. Paris. 1770. pag.73 — 404. & 405 — 529. = *Nouvelle Bibliothèqué Germanique*. Tom.xxiv. pag.389. — 432. Tom.xxv. pag. 172. — 210.) Celtas, inquam, Pyrenaeis aliquando superatis montibus, ut scribit Appianus Alexandrinus, paullo infra citandus, in illa Hispaniae majori parte, quae Tagum & Anam fluvios interjacet, primitus consedisse, auctor est Strabo, *Rerum Geographic.* lib.III. pag.139.alias 203. Quin immo plurima hinc inde Hispaniae loca ad Gades usque tenuisse, ex Ephoro testatur ille idem Strabo, lib.IV. pag. 199. al. 304. Pyrenaeorum vero submontana occiduo soli obversa, utramque Vasconiam Ibericam & Aquitaniam occupantes, inque eam atque idcirco in Hispaniam dialectum suam, quam ad hanc diem indigenae retinent, & *Lengua Vascongada*, seu *Vasconicam* dicunt, invexisse, ab Ill. Perezio-Bayerio animadversum est, *Numor.Hebr.Samaritan. Vindiciarum* cap.IV. pag. 126.; quo loco & pag.seq. ejusdem linguae originem & progressum doctus vir brevissime exponit, nimirum Celticam linguam, non minus quam Graecam e Phoenicum atque adeo e Syrorum & Samariticae litteraturae fontibus derivari, haud immerito ipse adserit; „ Graecanicae coaevam, inquit ille, germanamque, „ immo eandem initio cum illa fuisse, subque ejus „ in Hellade exordia e tot invicem dissidentium po„ pulorum atque insularum sermonibus, eorumque „ permixtione enatam; sed alia longe via nimirum „ per Thraciam & utramque Pannoniam, sive per „ Macedoniam & Illyricum in Germaniam dilapsam „ & per Septentrionales regiones late propagatam; eo„ que pertinere quod alicubi Strabo Celtas Thracibus „ & Illyriis permixtos memoret lib. VII. pag. 304. & „ Graecorum gentem studiosam vocet lib.IV.pag.199,

stitisse. Siquidem, quamvis non tam eorum fuerit, quam speraramus, fructuosus labor; quo-

„ Ejus vero linguae vectores, qui postea Celtae dicti
„ sunt, ac sinistrorsum in Oceanum occiduum versi
„ Galliae Celticae nomen fecere, non solum eam
„ Galliae partem, quam posteri Lugdunensem appel-
„ laverunt incoluisse, sed eam quoque, quas a Py-
„ rene in Aquitaniam vergens per Tarbellos & Bituri-
„ ges ad Garumnam usque protenditur; diuque in ea
„ regione constitisse, indeque utrique Vasconiae,
„ Ibericae scilicet, & Aquitanicae patriam, seu Cel-
„ ticam dialectum intulisse; atque utinam, concludit
„ ille, & litteras secum adduxissent! „ Haec Cl. Perezius-Bayerius. Et revera Celtarum numi inscriptionesve, sicuti ille ibid. observat, non exstant, saltem ad hanc diem detectae non sunt; vixque scio, ait ille, an hujus gentis litteras alicubi inveniendi spes supersit aliqua.

Quos autem in numis Hispaniensibus inscriptos characteres videmus, maxima ex parte dextrorsum tendentes, ex Hebraeo-Samaritico-Phoenicia Palaeographia esse arcessendos, superius pag. 316 – 319. posui. Hos porro eosdem numos CELTIBERICOS nominavi, propterea quod percussos ab Hispanica gente fuisse, non est cur dubitemus, quae populos duos IBERES nempe & CELTAS, pluribus ac mutuis lacessitos cladibus, pace tandem inita, promiscue incolentes connubiisque permixtos, jam a multa aetate invicem conjunxisset; atque ita communi utriusque populi, seu CELTIBERORUM appellaretur nomine. De qua quidem appellationis ratione adi sis Diodorum Sicul. *Bibliothec. Histor.* lib. v. cap. 33. pag. 214., edition. Wesseling. pag. 356. = Appianum Alexandrin. *Romanar. Historiar. Iberica, sive Hispanica* pag. 256., edit. Amstelodam. 1670. pag. 424. Unde illud est Lucani, *de Bello civili* lib. IV. vers. 9. & 10.

niam tamen monumenta nobis tanquam materiam, dignam sane quam tractaremus, nostraque industria veluti formaremus, illustraremusque, pararunt; est profecto, cur grati nos plurimum ipsis debere profiteamur.

Neque me fugit, nostro hoc ferme medio ac progrediente saeculo Hispanum alterum, eruditum sane, praeclarissimo in illo ab se conscripto de Hispanicis numis (1) opere, perplura at-

——— ——— *Profugi a gente vetusta*
Gallorum, Celtae miscentes nomen Iberis.
Et istud Silii Italici, *De Bello Punico secundo* lib. III. vers. 340.
Venere & Celtae sociatum nomen Iberis.

(1) *Medallas de las colonias, municipios y pueblos antiguos de España. Coleccion de las que se hallan en diversos Autores, y de otras nunca publicadas: explicacion, y dibujo de cada una. Por el R. P. M. Fr. Henrique Florez, del Orden de S. Augustin, Cathedratico de Theologia de la Universidad de Alcala, y Exprovincial de su Provincia de Castilla. En Madrid* 1757. & 1758. Partes duae in — 4to. Quibus postea accessere supplementa tertiam partem complectentia, iisdem typis, an. 1773. in — 4to.

Ab hac autem eximia Sylloge non disjungendum quod de iisdem numis Antonius Valcarcel Pius de Saboya, qui & Spinola, anno eodem 1773., sed paucis plagulis Hispanice vulgavit Valentiae in — 4to. pagg. 21. Ubi nonnulla ejus generis numismata vel inedita, vel a Florezio minus recte expressa atque explicata, protulit. An vero quae haud exiguo numero sese habere ait, hujusmodi numismata in lucem ipse emiserit, nec ne, plane ignoro.

Numi porro, de quibus quaerimus, & quos Cl.

tigisse, quae ad istud egregium spectant argumentum. At quoniam illis sese prorsus destitutum subsidiis, sine quibus omnis ad hanc Palaeographiam exoticam animo comprehendendam aditus praecluditur, Cl. Hispanus, ut virum decet ingenuum, eaque singulari, qua est modestia, is ipse fatetur; verendum sane est, ne in suis exoticis exponendis numis, aliquando conjecturis plus aequo sese permiserit, quam res ipsa postulare videretur.

Florezius exponit, sequentibus ab se proferuntur in aes eleganter incisis Tabulis, videlicet = XIX. num. 8. = XXV. n. 3 – 8. = XXVIII. n. 6 – 8. = XXVIII. n. 6 – 8. = XXXI. n. 13. = XXXIII. n. 1. 2. 6 – 12. = XXXVII. n. 7. = XXXIX. n. 9. 10. = XL. n. 1 – 10. = XLI. n. 1. 2. 3. 5. – 13. = XLVIII. n. 8. = L. n. 5 – 8. = LIII. n. 6 – 12. = LVII. n. 1. 3. 6 – 9. = LVIII. n. 5. = LIX. n. 10. = LX. n. 2. = LXII. n. 10. 11. = LXVI. n. 9. = LXVII. n. 8.

Quod vero numos spectat Phoenicio-Bastulo-Punicos, exhibentur Tabul. I. n. 16. = IV. n. 4 – 8. = XXVII. n. 4 – 12. = LIV. n. 6 – 8. = LVI. n. 9 – 16. = LIX. n. 4. Sed conferenda omnino quae de hisce numis singulis commentatus passim ipse est, praeclari operis part. I. II. & III. Nam in iis non explanandis modo, sed etiam in characterum, quibus unus, aut alter eorumdem numorum signatur; exoticorum potestate eruenda eximius Auctor operam aliquando locat suam. Qua autem fortuna id ei cesserit, nemo me Cl. viri & laudi caeteroqui semper consulentem & existimationi, sed uni veritati investigandae litantem inclamet. Hanc tamen culpam, si qua unquam est, ut praestem; ingenue pro mea consuetudine dicam quod, eruditorum salvo tamen judicio, mihi videatur: illudque notatione sequenti brevibus, ut potero, exponere tentabo.

At enim, una sola similitudine vel typi, vel Latina ipsa in metallo bilingui expressa epigraphe, saepissime ductus Cl. Florezius, quid mirabile esset, si uni civitati numum tribuendum judicasset, qui aut alteri, aut etiam duabus, in mutuum beneficium concordia sibi junctis, ut multa in vetustis aliis inscriptis metallis demonstrant exempla, fuisset revera adscribendus. Quod ut brevi concludam, & modum faciam; quid ea de re mihi videatur, ad unam ex usu meo remittendum duxi adnotationem (1).

(1) Ac sermonem quidem Cl. Florezius instituens part. I. pag. 163. seq. de Asidensibus numis, Tabula IV. num. 4 — 8. delineatis, quorum priores tres bilingues epigraphe signantur Bastulo-Phoenicio-Punica & Latina, planeque incertus ac dubius, an litterarum illarum ab Rhenferdio excogitato alphabeto, cujus mentio in Joh. Clerici *Bibliothéque choisie* Tom. XI. art. II. pag. 113. injicitur, assentiri debeat, nec ne; *Ni puedo*, inquit ille, *adoptar ni reprobar* (idem alphabetum) *por ignorar las lenguas Orientales, que se necessitaban para la decision*. Et pag. 167. numum describens ineditum ejusdem Tabulae n. 6. Asidensem, *Pero*, ait ipse, *ignorando la lengua y aun el caracter, nada se puede establecer*; de symbolis nempe, quibus insignitur numus statui nihil potest. Confer etiam part. II. pag. 443. &c.

Et profecto Phoenicio-Punici sermonis atque illarum litterarum, quibus hi & alii Hispanienses insculpuntur numi, inscientia, quid in iis explicandis unquam proficiemus? Nihilosecius hosce numos, Tabula eadem IV. n. 4. 5. delineatos, ubi caput virile varie ornatum, modo imberbe in parte antica deprehendi-

Ac miror equidem quid fuerit, quod Cl. Scriptor, qui de re numismatica suae gentis tan-

tur cum inscriptione Latina ASIDO; postica vero bovem exhibet currentem, superne lunam, aut stellam, aut solis astrum, subtus epigraphen: = J) J J Λ; hos inquam numos, ad Asidensem civitatem, hodie *Xerez de la Frontera* esse referendos, plus conjectura fretus, quam rei cognitione ductus, Cl. Florezius est assequutus. Hanc enim civitatem, quae vetere Hispanico scribendi more, אכיפו *Akipho*, seu *Acipho*, vel *Acipo*, uti fert ipsa Bastula modo expressa epigraphe, olim dicebatur, mitioris soni gratia, ASIDO Romani appellarunt. Cujus Romanae pronunciationis exempla alia ex ipsis Hispaniensium urbium & locorum priscis appellationibus, cum eorum nominibus, quorum veteres scriptores, Plinius in primis, mentionem fecere collatis, peti facile possunt. Neque repugnat Cl. Florezius, ut qui non uno sui operis loco id demonstrarit. Brevitatis caussa, omitto quae de ejusdem numi epigraphe Anonymus commentatus est, loc. ante cit. *Bibliothéque choisie* pag. 127 — 130., cujus interpretationem merito improbat Cl. Velazquez, *Ensayo* &c. pag. 138. seq.

Quod autem tres caeteros hac Tabula n. 6. 7. 8. signatos numos ad eamdem spectasse civitatem, felici item conjectura ex Latinae epigraphes indicio capta, Cl. Hispanus, loc. cit. part. I. pag. 166 — 168., quoque scripserit; non habeo equidem quae opponam. At enim, etsi typo aliquantum diversi sint, & unam tantum inscriptionem septimus & octavus numus prae se ferat Bastulo-Phoeniciam, superiori fere similem; ex eruditissima tamen Ludov. Josephi Velazquez de hisce numis commentatione, sive *Ensayo &c.* pag. 137 — 140. Asidensi oppido eos esse item accensendos, ego ipse adducor ad existimandum.

An vero ejusmodi conjectura vel ex ipso typo, vel ex Latinae praesertim epigraphes ratione desumpta,

tum meruit, atque ad hujusce generis quam plura inscripta metalla explicanda animum appel-

---

in nonnullis aliis numis, quos BILINGUES vocamus, explicandis Cl. ipsi Florezio feliciter semper cesserit, ut res aliquo modo appareat,non multa quidem ne molestus esse videar, heic congeram. Sed si uno, aut altero illud totum complectar exemplo, spero fore, ut id ipsum tibi, Eminentissime Cardinalis BORGIA, aegre non sit futurum.

Quid igitur de numis ab ipso Florezio in Tabulas XL. n. 5. 6. 7. 8. & XLI. n. 1. relatis dicemus? de quibus part. II. pag. 560. seqq. docte commentatur. Sunt autem hujusmodi: = Caput Palladis galeatum, (n. 6. 7. 8. & Tab. XLI. n. 1. alatum) Latina epigraphe: SAGVNT INV. sive *Saguntus invicta* (n.8.SAGVNT) In parte aversa,seminavis,juxta caduceus,superne victoria volitans (quae abest a num.8.) subtus vero epigraphe quatuor hisce contenta Celtibericis litteris, nempe: ᐁ◁Ƨ⅌, seu PRSE, *&* *vocali* suppleta = PERSE. Cujus quidem vocabuli elementa per compendium sic expressa, uti in Graecis & Latinis inscriptis metallis saepe usu venit, integrae esse videntur τȣ̃ PERSEIANA vocis significatio, alias PERCEIANA; quae civitas est eo appellata nomine, non longe ab vetere Emerita,hodie *Merida* oppido,seu M.Pass. XXIII.,sicuti adnotatur in Antonini Augusti *Itinerario* edition. Amstelodam. 1735.Wesselingii pag.432. seq.

. Hac autem admissa, certe non aspernenda lectione, quam considerate atque apposite excogitavit in eo numismatici studii genere versatissimus Cl. Lud. Joseph. Velazques, *Ensayo* &c. seu speciminis sui pag. 119. seq., de quo erudito Antiquario suo dicam loco, res eo redit: Saguntinos Perceianis conjunctos concordia fuisse; numum vero non unis solis Saguntinis adscribendum civibus, uti Cl. Florezius posuit, sed amborum populorum utrique civitati esse commu-

lens, ipsius Velazquezii de eodem argumento, superiori adnotatione pag. 306. seqq., a nobis

nem. Quod item affirmandum reor de numis ejusdem Tabul.XL. n.6.7. 8. — 10.XLI. n.1., eamdem bilinguem epigraphen prae se ferentibus; tametsi eorum unus, scilicet n. 10. in adversa parte ab id genus caeteris omnino discrepare inscriptis suis Hispaniensibus litteris videatur, sicuti paullo dicam inferius.

Quod si ea ratione inscribuntur hi bilingues numi; quidni colligere fas est, hanc duplici planeque diversa epigraphe utramque civitatem & PERCEIANAM & SAGUNTUM, sibi foedere adjunctam,hisce insculptis metallis communi consensu percussis, illam, quam Graeci ὁμόνοιαν vocarunt, seu *concordiam*, solemni pacto signare voluisse? Atqui hujusce sociatae civitatum concordiae in numis Veterum expressae, exempla perplura reperire est apud Ezechel. Spanhemsum, *De praestant. & usu numism. antiq.* Dissert.XIII. pag.614. seqq. Quam in rem consuli possunt = *Selecta numismata antiqua ex Museo Jocobi de Wilde*. Amstelodami 1692. pag 161. seq. = Joan. Vaillantius, *Numismata Imperator., Augustar., & Caesarum, a populis Romanae editionis Graece loquentibus* &c. *percussa*. Amstelod. 1700. pag. 221. seqq.= Mitto Francisci Wise notas in *Numorum antiquor. scriniis Bodlejanis reconditorum catalogum*, ab se vulgatum Oxonii 1750. pag. 203. seq., aliosque haud paucos hac de concordia disserentes Antiquarios; quippe quia satis cognita res est.

Jam vero, quoniam memini, me superius pag. scilicet 317. de numis duobus ex Clarissimi Praesulis Josephi Casalii Museo depromptis, quicquam adnotaturum promisisse; fidem nunc liberabo meam. Quam quidem cum exsolvo, non possum, quin palam significem, quantum ex animo doleam, quod ornatissimum Praesulem, de numis etiam aliquot ab se

descriptae Hispanicae commentationis, jam aliquot annis antea, seu 1752. Matriti editae, ne mi-

---

editis atque illustratis clarum, mihique, quae sua erat humanitas singularis, amicitia conjunctissimum, Centumcellis, quo ab hinc haud multos dies infirmae admodum valetudinis recuperandae caussa, apud nostros sese receperat, annum circiter quinquagesimum agentem, pridie nonas Maii 1797. praecipitata morte exstinctum, nuperrime intellexerim. Quod sane mihi non uno nomine permolestum accidit.

Sed ut ad rem; Casaliani numi, quorum unus item bilinguis, illorum ferme similes sunt, quos Florezius Tabul. XL. n. 8. & 9. descripsit. Eorum alter parte aversa seminavim repraesentat quidem, sed cum victoria, quae tamen a Floreziano n. 8. immo & 10. omnino abest. Quem idcirco clarae memoriae Praesulis numum ineditum opinor. Eum vero uni Perceianae esse adscribendum civitati, ipsa Celtiberica, quam paullo supra protuli, epigraphe prorsus nos edocet. Atque idem postremus numus Musei Casaliani & alteri duo Floreziani n. 9. & 10. a caeteris, quorum mentionem jam fecimus, in eo discrepant, quod in adversae partis peripheria litteris inscribuntur Celtibericis partim exesis, partim integris. Quae integrae, vocem τοῦ ᛘΧΟΩΛϒΜ seu IPKOΛEΣ, ut bene legit, & quidem nihil aptius, vir in ejus generis scripturae vera lectione assequenda sagacissimus Perezius-Bayerius, *Numor. Samaritan. Vindiciar.* cap. IV. pag. 125., satis aperte exprimunt, saltem in Casaliano numo. Quod certo indicio est & Perceianis & Saguntinis Herculem summo honori fuisse.

Saguntum porro, seu Saguntus, urbs olim illustris ac nobilis, quam annis ducentis ante excidium Trojae a Zacynthiis conditam tradit Bochus apud Plinium, *Histor. Natur.* lib. XVI. cap. XL. pag. mihi 37., ab Annibale contra pacta cum Romanis conventa, expu-

nimam quidem suo in toto opere, quantum ego ipse video, mentionem faciat. Velazquezii tracta-

---

gnata atque deleta, secundum illorum contra Carthaginienses bellum inflammavit, sicuti a Strabone proditum est, *Rerum Geograph.* lib. III. pag. 159. al. 240.; nunc in ruinis jacens, antiqui vero sui splendoris vetera atque disjecta ostentans vestigia, nomine *Murviedro*, aliis *Morviedro*, regni Valentiae oppidulo haud longe a mari, ab indigenis appellatur. De qua confer Harduini notas in Plinii lib. I. cap. III. pag. 141. = Petr. de Marca, *Marcae Hispanicae* lib. II. cap. VII. col. 123. seq. = Christoph. Cellarium, *Notit. orbis antiqui* lib. II. cap. I. sect. III. §. XCII. pag. 106. = ipsum quoque Florezium loc. cit. pag. 560.

Longum esset singula persequi, quae ille idem Florezius de peregrinis hisce numis passim disserit. At enim modo ad Latinam inscriptionem in iis obviam, modo ad ipsum typum respiciens, uni civitati eosdem adjudicandos ducit, qui vel duas reipsa spectarent, vel in aliam atque aliam essent transferendi. Cujus rei brevitati consulentes, postremum recitabimus exemplum.

Numos ergo proferamus Tabul. LXII. n. 10. & 11. Ilerdae oppido, hodie *Lerida*, ab ipso Cl. Florezio part. III. pag. 73. seq. adsignatos; quod alii Antiquarii doctissimi, nulla epigraphes Hispaniensis habita ratione, item fecerunt. Hos recenset Christoph. Rasche, *Lexici universae rei numar. veter.* Tom. II. part. poster., voce *Ilerda*. Quibus addendus Cl. Josephus Eckhel, *Doctrin. numor. veter.* part. I. vol. I. pag. 51.

Prioris autem numi typus sic est: = *Equus habenis solutus, sinistrorsum lancea*. ⅅ(*Superne semiluna, subter epigraphes Celtiberica* ᛗΛΨΟΧ, *& in ima ara, Lupae medium caput*. De altero autem numo paullo inferius aliquid dicemus.

Qua vero momenti ratione ad Ilerdam oppidum Cl. Florezius hunc numum retulerit, ipsum audiamus.

tionis, & sane praeclarae, mea sententia, evolvendae si data erudito Florezio facultas fuisset,

---

Ilerdae nomen, inquit ille, loc.cit. pag. 74., Latinis descriptam litteris numus non exhibet quidem. Quoniam vero illis ipsis incognitis exaratur characteribus, quibus Ilerdae numismata, Tabul. XXVIII. n.5.6.7. (de quibus vide part. II. pag. 450. seqq.) Caesari Augusto inscripta signantur, & Lupae praeterea notantur typo; hinc Cl. vir argumentum sumit eidem populo, adeoque Ilerdae civitati numum esse adjudicandum. Quod ut efficiat, de peregrinis, sive incognitis, quibus numus notatur, litteris eruendis sollicitus est. Tametsi alio loco, quod supra jam vidimus pag. 348. n., sese eas plane ignorare litteras, ingenue fateatur.

Ergo, eo ipso judice, primum elementum erit I., secundum L, tertium R, quartum D, ultimum A. Ex quibus singulis numi characteribus eo explicatis modo, ILERDAE nomen Cl. vir elicit. De quarum tamen litterarum, tertiae nempe & quartae ab se constituta potestate, haerens pronunciat; neque immerito, ut mox ostendemus.

Erudito Florezio prioribus duabus litteris talem attribuenti potestatem equidem assentior, utpote quae, licet aliter inflexae, ad Hebraeo-Phoenicio-Samariticarum formam nempe ꓘ & Λ, quam proxime accedant.

At quod de tertio praesertim elemento sibi videtur, neminem fore arbitror, in hocce scriptionis genere aliquantum versatum, qui jure non repugnet. Hanc autem tertiam litteram, quae τῦ Ψ *Psi*, Graecorum formam imitatur, quo unquam monumento, τῦ R Romanorum, Graecis P, seu ῥῶ, potestate valuisse, doctus Hispanus commonstrabit? Ad quodcumque namque tam vetustae, quam recentioris aetatis *Διάγραμμα* litterarum Hebraeo-Samaritico-Phoenicio-Punicarum & Graecarum & Etruscarum, accurate exactum, Cl. vir confugiat, nihil profecto reperiet, quod sibi esse prae-

in rem ipsam Hispaniensium numorum exoticam ornandam tutius descendisset. Quin immo non

---

sidio possit. Igitur sine ratione, sine teste, immo sine aliqua, saltem probabili conjectura, sed uno arbitratu suo, de hujusce elementi potestate Cl.Florezius judicium facit. Atqui eidem characteri Ψ, quod a Simonide inventum ferunt, ad Graecam vero formam expresso, si qua potestas proprie competit; hanc esse oportet, quae ad eamdem litteram Ψῖ spectat Graecorum: videlicet, ea propemodum ratione, ut τὸ πς, vel ut βς, illud ipsum Ψ esse efferendum. De cujus duplicis elementi origine consulendi Gerard. Jo. Vossius, *De arte Grammatica* lib.I.cap.XXI.operum Tom.II. pag.30. = Edmund. Chrishull, *Antiquitat. Asiaticarum* edition. secundae Londin.1728. pag.22.not.44. = Joan. Rainoldus, *Histor. Graecar. & Latinar. litterarum* pag.8. & alii, quos, ne longius digrediar, tacitus praetereo.

Eadem porro forma, aliaque non absimili, nempe Ψ, in Etruscis monumentis ipsam litteram comparere, ac valuisse τὸ X *Palamedicum* dictum, Graecis Χῖ, Latinis CH, adspiratum, auctor est Franciscus Gori, *Difesa dell'Alfabeto degl'antichi Toscani* part.II. art. XXXI. pag.156. Quod a doctissimo viro, Graecae praesertim litteraturae scientia praestanti, Cl. Joan. Bapt. Casparo d'Ansse de Villoison, *Anecdotor.Graecor.* Tom.II. pag.165. seq. & not., est observatum. Idque a Cl. Joann. Philipp. Sebenkees in *Expositione Tabulae Hospitalis Musei Borgiani* pag.37., ex Etrusco ejusdem Musei plumbeo monumento video comprobatum.

Quum vero τὸ X in aliquot Naxiorum numis pro τῷ Ξ *Csi* sculptum reperiamus, ut a Petro Burmanno secundo in *Commentario* suo ad *Numismata Sicula*, Tabul. XII. n. 3. 4. 5. & 6., Jacobi Pauli D'Orville *Siculis* subjecto pag.406. seq.& 414., est animadversum, & Joan. Rainoldus, loc. cit. cap.XXIII.pag.51. seq.,an-

ab uno tantum lapsu praecavisset sibi, verum etiam improbanda minus & fortasse certiora no-

te adnotarat; veteres Graecos illud idem elementum χῖ veluti τὸ Ξῖ, alias ξ, quod ab Samaritico ש, vel Phoenicio W, Hebraeo ש *Scin*, ductum videtur, pronunciasse, datur conjectandi locus. At sive hac potestate τὸ Ψ aliquando valuerit; sive τῦ *Ps*, vel *Sp*, sonum expresserit, observante Cl. Ludov. Lanzio, *Saggio di lingua Etrusca* Tom.I.part.II. cap.II.pag.219; verumtamen a τῦ Ῥῶ *Rho*, Latinis R, & potestate & figura quam longe absit Graeca eadem littera Ψ *Psi*, & quorsum evadat tota Cl. Florezii proposita ratio, satis aperta res est. Tametsi hanc litteram apud Graecos varias subiisse immutationes, ex ejus forma multimoda in vetustis monumentis obvia, ostendit Jo. Christoph. Rasche, loc. ante cit. *Lexici* sui, Tom.IV.part.I. col. 675. seq.; vide & *Nouveau Traité de Diplomatique* Tom.I. Tab.x. n.II. pag. 679. = Cl. Joh. Bapt. Caspar. d'Anse de Villoison, loco paullo ante citato Tom. II. pag.165. seq., & quae de eodem elemento ante disseruerat Sigebertus Havercampus in *Dissert. de veteri & varia litterarum apud Graecos scriptura & usu*, cap. XVI.; prioris *Sylloges scriptorum qui de linguae Graecae vera & recta pronunciatione Commentarios reliquerunt*, ab se in lucem emissae Lugd. Batav. 1739.pag.292-294.

Sed operae pretium est caeteras duas postremas epigraphes Celtibericae percurrere litteras. De quibus tamen quae dicenda mihi supersunt, in pauca, ut potero, conferam. Atque, Cl.Florezzi sententia, penultimum elementum ◊, inferna vero recta sua linea instructum, nempe ♀, uti in numo altero n.11. ejusdem Tabulae, iisdem prorsus inscripto characteribus comparet, τὸ D exprimit. Quod ego ad τὸ *Qoph* Phoenicio-Graecum ϙ, quale in Crotonis, Syracusarum & Corinthi exhibetur numis, esse potius referendum existimarem. Quod autem ita opiner, ex ipsa ejusdem

bis tradidisset. Ad hoc enim studium se totum conferens Cl. Eques Velazquezius, vigiliis mul-

litterae forma in secundo numo jam indicato expressa, recte colligere mihi videor. Enim vero, etsi id ipsum prioris numi elementum ◇, in priscis monumentis & Graecis & Latinis modo pro Δ *Delta*, vel D, modo *pro* O *Omicron*, vel O Latinorum promiscue positum deprehendatur; nihilominus, cum sua inferiori linea recta, ut ϙ, vel ut ϙ, munitum apparet, τῦ Q & C, vel τῦ *Κάππα*, & quandoque τῦ X Graecorum, perpetuo, quantum ego sciam, vicem praestare, harum litterarum Diagrammata a doctissimis viris ex inscriptis vetustae aetatis monumentis deprompta, plane pleneque demonstrant. De quibus postremis litteris K, C, & Q in numis antiquis & lapidibus indiscriminatim usurpatis, confer Ezechiel. Spanhemium, *De praestant. & usu Numismat. antiq.* Dissert. II. pag. 92. 95 — 97. 117. 118. 123. = Joan. Rainoldum, *Historiae Graecar. & Latinar. litterarum* cap. XI. pag. 21. seq. = Ludov. Dutens, *Explication de quelques Médailles Grecques & Phéniciennes, avec une Paléographie Numismatique*, edition. II. Londin. 1773. pag. 190. seq.

Neque obstat, quod ejusdem litterae, quam ad *Qoph* Phoenicum, seu Hebr. Samaritan. ϙ, referendum dixi, in Crotonis, Syracusarum & Corinthi aliquot numismatibus caput, circulari forma exhibitum, clausum prae se ferat. Nam quadrangulari quoque figura in vetustis monumentis idem elementum occurrere, Eduard. Bernardus & Carol. Morthonus in illa ampla Tabula, eaque inscripta: = *Litteratura orbis eruditi, a charactere Samaritano deducta*, observarunt. Quod quoque testantur Cl. Auctores *Novi Tractatus rei diplomaticae*, paullo superius citati, qui Tabul. XIII. n. II. Tom. I. pag. 763. idem Hispaniensis epigraphes elementum ad instar Parallelogrammi superne formatum, sed sua recta inferne instructum linea, hac ipsa potestate,

tis, neque exiguis laboribus illud consecutus est, quod ad ejusce generis, suaeque gentis ve-

qua τὰ K & Q valeant, esse donandum, in suo Diagrammate adnotare curarunt. Videndus & de Vaines, doctus Congregationis S.Mauri Monachus Benedectinus, *Dictionnaire de Diplomatique* Tabul. 26. & 28. Tom. II. pag. 211. & 217.

Postremum quod adtinet elementum X, crucem exhibens decussatam, quam vellem ad τῦ A revocari potestatem posset! At equidem vereor, ut ex numorum & lapidum vetustae aetatis illud unquam efficiatur. Manu vero descriptos libros & Graecos & Latinos haud multum morarer, ut qui transcriptorum fidem, saltem aliquantum dubiam, ut non dicam amplius, semper relinquant. Quantacumque praeterea horum exemplarium sit antiquitas; longe certe infra priscorum numismatum & lapidum, quorum criticis viris majorum gentium auctoritas est explorata, aetatem manent. Quapropter, etsi pro temporum discrimine haec ipsa littera A, in vetustis inscriptis monumentis tam Phoenicio-Poeno-Hispaniensibus, quam Graecis & Latinis diversa sese facie offerat; utrique vero novae Diplomaticae rei modo indicati scriptores in suis & Graecarum & Latinarum litterarum alphabetis, ejusmodi elementi decussatim descripti exempla prodant; id genus tamen formae multo sane inferiori aetate, ipsa Hispaniensi, de qua agimus, epigraphe usurpatum fuisse, ne vix quidem dubitarem. Quum autem ejusdem elementi figura X, in Hebraeo-Samaritico-Phoenicia litteratura, a qua vetus Graeco-Hispaniensis est propagata, unius solius characteris ת *Tau* propria sit; eamdem atque hanc Hebraicam litteram postremum nostrae epigraphes elementum vi ac potestate gaudere, consequens fiat, est necesse.

Haud equidem me latet, Jac. Rhenferdium τὸ *Aleph* decussatim protulisse in suo Hispano-Phoenicio Dia-

tistissima monumenta eruenda & facilius commodiusque explicanda viam aperuerit munierit-

grammate, quod Cl.Lud.Joseph.Velazques, *Ensayo* &c. Tabul.IV. n.7. delineandum curavit. Id vero ex tribus numis Phoenicio Punicis, quos male legerat, quosque recenset Johan-Clericus, *Bibliothéque choisie* Tom.XI. Tabul. n.7. 8. & 9. pag. 116 – 123., Rhenferdius ipse evincere sibi visus est. Sed hosce numos, Vulcani typo in parte adversa signatos, quos ad Hispanienses Bastulo-Phoenicias ab ipso Velazquez, loc.cit. Tabul.XVII. n.1 – 8. perperam relatos, minusque recte ab se explicatos video, inter Punicos proprie dictos, in Africa vero procusos, esse adnumerandos, certissimum reor, & suo loco dicam. Neque in uno, aut altero eorum numo illustrando rem felicioribus auspiciis assecutus est Cl. Barthelemyus, *Lettre à M. le Marquis Olivieri, au sujet de quelques monumens Phéniciens*, Tabul.IV. n.1.2., pag.41. seq. Modo namque Ilipensi, modo Onubensi, modo Alonensi, Hispaniensibus vetustis oppidis, eosdem numos esse accensendos, haerens ac dubius, doctissimus Antiquarius opinatur. Quo spectant numi in antica parte eodem Vulcani typo signati, quos Cl.Florezius Tabul.LVI. n.9 – 16. part.II. pag.654.seq. incertis adnumerat; & alter Tabul.LXIII. n.9. capitibus duobus ex adverso junctis, virili & muliebri, Vulcani nempe & Veneris conjugis, in primis signatus, quem part.III. pag.93. ex suae gentis scriptorum sententia, ad oppidum dictum *Sanlucar de Barrameda* referendum tradit; sed contra atque Punicae inscriptionis ratio omnino postulare videatur. Etenim horum numorum veram epigraphes Phoenicio-Punicae lectionem si non aliam atque aliam prorsus esse ac τὸ חלבת *Tlbth*, seu *Talubath*, dixerim; in ea hoc pacto resolvenda non omnem me operam perdidisse, haud difficulter mihi persuadeo. Et re quidem vera est eo ipso appellata nomine in Libya interiori apud Gaetulos civitas

que. Quod si labore, studio ac diligentia proficì in hoc genere quidquam potest, ut certe po-

---

Talubath. Hujus meminit Claudius Ptolemaeus, qui eam vocat ταλὑβαθ, *Geographiae* lib.IV.cap.VI.pag.110. edition. vero Lugdun. Batav. 1618. pag.126., eamque περὶ δὲ τὸν Νίγειρα ποταμὸν, *circa Nigrum fluvium* jacentem ponit ad gradus latitudinis 18.40., longitudinis 22. 40. Quod oppidum in Getulia propria situm esse observat Christoph. Cellarius, *Notit.Orbis Antiq.* lib.IV. cap.VIII. pag. mihi 947.

Atque horum numorum Punica epigraphe obiter definita; ad alteram, quam hactenus eruendam suscepi, Hispaniensem redeo. Ex illis namque de eadem licet paullo operosius supra animadversis, colligere mihi videor, hanc esse epigraphes lectionem, videlicet: ILPSQT, vel ILXSKT, vel ILSCKT, atque etiam ILSXT. Quae voces Orientalium more descriptae, si suis *Punctis*, ut ajunt, instruantur *Vocalibus*, sicuti in vetustis ejusce generis efferendis dialectis fieri solet, ac semper debet, habebimus = ILEPSQAT, aut ILEXSKAT, aut, si mavis, ILESCKAT & quoque ILSCAT, quin immo ILEOSKAT. At enim litteras C, K & Q, etsi videantur figura ac nomine inter se differre, eamdem nihilominus potestatem tam in sono, quam in metro continere, auctor est Priscianus vetus Grammaticus, apud Henr. Stephanum in suo *Apologetico pro veteri ac germana linguae Graecae pronunciatione*; prioris *Sylloges Scriptorum* de eodem argumento ab Sigebert. Havercampo editae pag. 450. Quod de litteris tam Hebraeo-Phoenicio-Punicis, quam Graecis ejusdem organi & ordinis, quae mutuo inter se saepe permutantur, item est dicendum.

Qua lectione sic constituta, quid vetat, quo minus ex ea nomen veteris Hispaniensis civitatis ILEOSCA appellatae, Graece Ἰλεόσκα, exotici vocabuli ultima T rejecta littera, quippe in fine vocum ab Graeco sermone abhorrente, non probabili tantum, sed etiam

test ; idipsum ex ejus *Ensayo* , seu specimine potissimum consequemur . Quare commode me

conjectura ad omnem similitudinem maxime accedente veri eruamus ? Quam civitatem ea appellatione vocatam commemorat Strabo, *Rerum Geographic.* lib. III. pag. 161. alias 244. , eamque in Ilergetibus & *Ilerdae* proximam neque ab Ibero fluvio remotam,ab urbe vero *Osca* ibidem distinguit . De qua *Ileosca* confer Petr. de Marca, *Marcae Hispanicae* lib.II.cap.XXVI. §.X.col.212. seq. = Christoph. Cellarium , loc. ante cit. lib.II. cap.I sect.III. §.CXVIII. pag.119.

Quae sane res quum haud obscure innotescere videatur , quippe quia Hispaniensis Phoenicio - Graeca inscriptio nihil omnino cum τῷ *Ilerda* commune habere quicquam potest; alterum n.11.ejusdem Tabul.LXII. a Cl.Florezio productum numum ad hujus nominis civitatem nullo prorsus modo esse referendum, non sine ratione contendo.Qui numus sic habet: = *Caput nudum, imberbe , retro Delphinus* . ☽☾ *Miles , sive vir galeatus in equo citato , dextra palmae ramum gerens , subtus Celtiberica Epigraphes* , uti in praecedenti n. 10., at ea levissima in quarto elemento Q varietate , quemadmodum pag.356.dictum est. Quamobrem ipsam illam inscriptionem , qua uterque signatur numus , argumento certo esse, uni soli civitati, nempe *Ilepscae* , seu *Ilescae* , vel potius Ἰλέσκαν Strabonis , utrumque pertinere , omnino moveor , ut mihi persuadeam .

Huc etiam spectat numus alter , qui ex Ill.Baronis Alexandri Recupero , cujus memini pag.333. , scriniis in manu mihi est , a duobus vero , quos modo descripsi plane diversus,eadem tamen insculptus epigraphe atque in Floreziano n.10. In hunc autem modum se habet : = *Nudum caput juvenile , item imberbe* . ☽☾ *Leo quidquam decerpens* ; *superne , commemorata epigraphe* , Quem Recuperianum numum ineditum suspicor .

Plura profecto adduci de hisce vetustatis reliquiis

facturum existimavi, si quid ego ex Cl. viri eodem libro in exemplum, pauca tamen imis adspersa paginis, subjicerem, quae huic tractationi aliquam afferre lucem posse, intellexissem.

Quamquam non dubito fore aliquos, qui contra clament (1); sed jure ne, an injuria, judicent alii.

possent; sed haec satis superque sint, quae adnotanda existimavi. Quae tamen a me animadversa, quaecumque ea sint, non eo dixi, quin Cl. Henrici Florezii doctrinam plane singularem, qua in sacris, qua in profanis rebus maxime faciam. Verum hoc uno mihi illud assumpsi consilio, quò quid in hoc arduo numismatici studii genere, quodam vinculo & quidem longe arctiori, quam aliqui fortasse judicabunt, cum ipsa Phoenicia litteratura certe conjuncto, effici posse mihi videretur.

(1) Cum Ludovici Josephi Velazquez, quondam Equitis, quem vocant, Ordinis S. Jacobi & Academiae Regiae Historiae Socii, de Hispanicis vetustis, quos incognitos dicunt, numis commentationem maxime probare non visus sim modo, sed etiam debitis laudibus extulerim; contra vero Cl. Henricii Florezii de hoc argumento tentamen, aliqua licet qua, potui, mitiori censura notarim; conjectura prospicio, qualis & quantus adversarius mihi sit futurus. At quoniam ex critica dignitate esse non puto, si falsa consulto quis defendat; de Cl. Hispani Academici tractatione, ut par est, sic disputanti, quid mihi pertimescendum ipse censerem? Utcumque res cesserit; industriam in Velazquezio summam fuisse & praestantis ingenii facultatem & doctrinae copiam in ejusmodi Hispano-Phoenicio-Graecis eruendis evolvendisque inscriptis vetustissimis metallis, quare vererer, ne palam aperte praedicarem?

Et sane intelligo, Cl. Antiquarium Vindobonensem, numismatica disciplina certe instructissimum, Florezii

Hanc tamen viam a Cl. Hispano traditam, etsi alicubi, ut mihi videtur, paullulum corrigen-

autem Syllogen multis neque immerito laudibus celebrantem, (qua in re me plane consentientem habebit) de Velazquezii tamen Hispanico tentamine longe aliter atque ego & ut debeo, sentio, judicium tulisse. De quo post videro.

Verum quid rei sit, paucis videamus, cur eruditissimus ille idem Antiquarius Josephus Eckhel, egregii sane operis de *Doctrina numorum veterum* part.1.vol.1. *Prolegomenor. ad numos Hispanicos* pag. 6. seq., illud quoque in Florezii laude ponat, quod a veterum Hispanorum exoticis exponendis numis se abstinere, optimum factu Cl. Hispanus judicasset. " Equidem existimo, ait ille, illustrem Florezium non aliam magis ob causam ab explicandis his numis abstinuisse, quam quod majorum naufragia veritus maluit fatales hos scopulos evitare, quam cum periculo & provisa jactura adire ". Haec doctissimus Vindobonensis Antiquarius. Et prudenter sane, idque eo vel maxime Florezius, ipso illo confitente, uti ante vidimus, sed Cl. Eckhelio illud tacente, Orientalium linguarum & Hispaniensium eorumdem characterum prorsus inscius, hoc in studii genere vanam locasset operam; nihilque quicquam profecisset, quod eruditis unquam probatum fuisset hominibus.

Quid? si de iisdem exotice etiam inscriptis metallis commentatus illustris Florezius, licet haud multis, nihilominus fuerit. Quae enim superiori notatione ex indicatis ibid. & a nobis propterea enumeratis ejuscemodi numorum Tabulis cogitato recitavimus, illud manifeste palam faciunt. Quae vero ea in re Cl. viri industria fuerit, ex eadem adnotatione quisque facile intelliget. Sed hanc sibi laudem habeat Cl.Florezius, sane non invidendam, modo in praestantes viros, qui in hisce aenigmatibus solvendis periculum fecere, qui-

dam, nisi universim teneamus, semper incerti feremur atque ancipites. Nihil namque, viro

que harum litterarum studiosissimi de illis optime meriti sunt, injuste dicere abstineamus.

Ac Cl. Antiquarii Vindobonensis verba rursum perpendenti mihi occurrit ista cogitatio, ab se Cl. Florezium eo pacto laudari, propterea quod, ipso judice, peregrina Hispaniensis numismatographia tanta obducta caligine est, ut ulli eruditorum hominum industriae hactenus impervia, quasi Cimmeriis in tenebris perpetuo sit relinquenda. Quod ut magis magisque demonstret, haec ibidem pag. 6. scripserat: " Atqui si post tot insignium virorum tentamina nihil hactenus probabile prolatum est, fateamur quod res est, nos revera utriusque linguae (Celtibericae & Turditanae, aliis Turdetanae) scientia tam distare quam dudum ". Haec Cl. Eckhel.

Sed fac, utraque lingua in hisce, quae vocantur, ignotis monumentis intermortua jaceat. Quid? nihil omnino, nullaque aut probabili, aut veri quam simillima conjectura, de ipsa illa litteratura haberemus? Nihil dico videri minus. Ex priscis hujuscemodi, quae tulerunt aetatem, quippe paucis reliquiis, utriusque sermonis canones non constituemus quidem; quemadmodum de aliis vetustis linguis, quarum plura supersunt monumenta, eruditi viri disputarunt. Verumtamen, quid impedimento erit, quo minus hac de Hispanica litteratura, quamvis obscura, ratio saltem aliqua, & sane vera teneatur, qua & sermonis & Orthographiae, quae universim fuerit proprietas atque indoles, tum ex ipsis illis inscriptis, quae ad nos usque pervenerunt, sive metallis, sive lapidibus, tum ex aliis vetustis monumentis, quibuscum aliqua illorum consociatio est atque affinitas, tum etiam atque etiam ex antiquorum scriptorum Graecorum ac Romanorum aliquot testimoniis, quodam modo eruamus? Quae

omni laude praestanti, eoque auctore gravissimo testeque locuplete, quippe in hoc litterarum

---

profecto si non praejudicata opinione, sed iis, quibus destituti, infructuosus omnis semper erit labor, & vana opera, instructi doctrinis rite expendamus; illud equidem nullus dubito, quin obtineamus, quod ad similitudinem, ut nihil dicam amplius, maxime accedat veri. Eadem plane ratione, qua Etruscis monumentis apposite illud observat, Cl. Abbas Ludovicus Lanzius, *Saggio di lingua Etrusca* Tom.I. part.II. pag. 232. seq. „ Opporrà alcuno, ait ille, che con sì po-
„ che iscrizioni (Etrusche) mal si possono stabilire
„ canoni di Ortografia e di lingua. Rispondo che una
„ qualche proprietà di un idioma si può anche conget-
„ turare da poche sillabe. Varrone, Festo, Quintilia-
„ no in certe lor osservazioni su l'antico Latino non
„ citano più che un vocabulo, che unico era perve-
„ nuto a' lor tempi „. Quod de Palmyrenorum lingua haud immerito affirmari potest; etsi pauca admodum inscripta monumenta, de quibus supra pag.177 — 193. disputabamus, tempus edax rerum reliqua nobis fecerit. Quae enim ejusdem linguae generatim fuerit indoles, ipsa illa Palmyrena epigrammata, loc. cit. a nobis recensita, planissime declarant. Neque aliquem, si sapit, arbitror futurum, qui illud non agnoscat; modo considerate legat quae de iisdem epigraphis commentati sunt omni doctrina praestantes viri, Barthelemyus, Swintonus &, quem maxime lugent Orientales litterae, Antonius Augustinus Georgius, de quo dixi pag.23. Qui egregius sane vir, numquam sine honore nominandus, nuper vero tertio nempe Nonas Maias hujus anni 1797. longaeva jam aetate, moerentibus nobis ereptus quidem, sed variis editis ingenii sui monumentis ad aeternitatem permansuris, in omni memoria vivet posterorum. Verum haec, licet longe minora tam excellentis viri, quocum mihi singularis

genere summo, Cl. Perezio-Bayerio, cujus in extrema subjecta adnotatione verba integra ex-

---

amicitia intercessit, virtutibus, sint tamen qualecumque memoris mei & grati animi testimonium.

Porro autem, ut ad illa, quae modo ajebam de horum doctorum hominum lucubrationibus, redeam; iisdem profecto iniquus ille diceretur, si eos suis in commentariis ne minimum quicquam profecisse, nobis verba daturus veniret; idque illud clamitaret, propterea quod in ejusmodi evolvendis monumentis, non una eademque via hi eruditi incedunt, quin immo magna quandoque inter se dissensione certant. Quidni igitur idipsum de illis inscriptis metallis Hispaniensibus possumus item dicere, atque ad eorum explanationem aggrediendam, viam nobis parare, quam sine certo discrimine sequamur? Contra vero, si res, ex Cl. Antiquarii Vindobonensis sententia sese habet; quo demum firmo argumento, quove auctore ac teste locuplete Hispanienses exoticos numos, etiam bilingues, Florezio praeeunte, ab se recensitos, uni potius civitati, quam alteri adjudicandos censemus? Ad numi typum, aut symbolum & cum alio ejusdem commatis & cum Latina alterius numi epigraphe collatum, confugientes, probabili conjectura id aliquando fortasse consequemur. At vero ista numi exponendi ratio, nisi ex ipsa explorate percepta & cognita peregrina epigraphe, Latinam revera exprimente, illud colligatur; quam lubrica, quam dubia sit futura interpretatio, quamque incerta; quotusquisque tandem est in id studii genus incumbens, qui non intelligat? Quod si quisquam contra pugnet, erit profecto, cur arbitretur omnes numos duplici inscriptos lingua, sive bilingues, typo autem inter se quam similes, ad unum eumdemque & populum, & civitatem semper esse referendos, Quod sane quantum a vero abhorreat, explorate cognitum existimo. Neque, ut arbitror, Cl. Eckhel

pressi; nihil, inquam, eo ipso egregio judice, quod in eadem litteratura Antiquarii cuperent,

---

numorum veterum doctrina tam eximie eruditus, is ille unquam futurus est, qui aliter dicat.

Quamobrem numum non Latinis modo, sed & incognitis signatum characteribus, ejus autem typi cum numo altero similitudine, eaque una duce eruere velle atque interpretari, verendum profecto est, ne non ad scopulum offendamus ejusmodi, ut peregrinae epigraphes nulla prorsus sit explanatio, ut quae alio atque alio ab Latina plane sensu atque significatione erit accipienda. Quae res si in numis, quos *bilingues* vocant, habere locum possit, ut perplura docent exempla; quae demum nobis via erit reliqua, eaque sequenda in numo exponendo, exoticis tantum inscripto litteris?

Quum ergo una typi, aut symboli similitudo non satis affundat ad numum interpretandum lucis; alia idcirco ex ipsa peregrinae linguae scientia & cognitione potissimum haurienda subsidia nobis paremus oportet omnino, quibus destituti, ut superius dicebam, quaecumque nostra fuerit industria, non video quid in numismatica ista disciplina unquam valeamus.

Jam vero, quum haec ita comparata sint, ut nisi ejus generis numorum doctrina Phoenicio-Graeco-Hispaniensis Palaeographiae illustretur lumine; haud sane pauca, quae Antiquarii nullis iis praesidiis, quae hanc litteraturam muniant, instructi, de iisdem hactenus disputarunt, in dubio atque incerto quam maxime versentur, necessum est. Sed quaecumque ea sint, quibus amplius immorari non vacat; attamen non eo usque obscuritatis adducta res est, neque tam neglecta, neque tam desperata, ut nullus eruditorum hominum hujusce Palaeographiae, licet difficillimae, adyta unquam penetrarit. At enim, etsi sint qui secus dicant, jure ne an injuria, ipsi viderint; quod in hoc genere doctrinae superioribus duobus praesertim aetatibus, ut

reliqui nobis fecisset Velazquezius, si modo lucubrationem suam, illa, qua mente informa-

ante vidimus, plurimorum doctorum virorum ingenia mentesque torsit, illud tandem nostra ferme memoria, praestanti beneficio Cl. Hispani Ludov. Josephi Velazquez, de quo atque ejus praeclara commentatione, *Ensayo* &c. inscripta, paullo supra dicebam, consecuti saltem ex parte sumus. Neque ullus dubito, facile nos majora fuisse consecuturos; si obscurum ipsum, sed praeclarum argumentum, uti illud animo conceperat, demum absoluisset. Qua de re eruditissimi Francisci Perezii-Bayerii gravissimum ad extremam hanc nostram adnotationem, sicuti jam dixi, proferam testimonium.

Atque haec quidem cum de Cl. Velazquezio, qui hoc in studio tantum valuit, eloquor, me gravate ferre fateor, quae in illam docti Hispani tractationem censoria virgula notavit Cl. Josephus Eckhel, loc. ante cit. part.I. vol. I. pag. 6. Quasi ab uno lapide Celtibericis inscripto litteris, sed *εἰκότως*, seu *probabiliter* mutilo, Graece autem ac Latine ab ipso Velazquezio per conjecturam converso, & pag. 127.—129. sui *Ensayo* explicato; de caeteris pene singulis ejus interpretationibus acre tamque inofficiosum esset judicium ferendum. Qui tamen lapis graece expressus, & quantum ad ipsas Graecas litteras adtinet, aliqua ratione purgari a censura posset. Quasi quoque hac in litteratura ipse Velasquezius fumum nobis fecisset, & ex uno praeterea, aut altero lapsu, eruditi Hispani rationum momenta nihili prorsus habenda esse; *pleraque in hoc* (specimine) *arbitrarie adfirmari & in argumentorum solidorum locum succedere conjecturas, quas levissimus halitus ferat agatque*, esset concludendum. Qua sane lima censoria Cl. Josephus Eckhel, ejus pace dixerim, modum excedere mihi videtur. Quo ferme recidunt quae auctor Diarii Trivultini, sive *Mé-*

rat ac ratione, ad perfectionis gradum adduxisset atque absolutionis. Quum haec Cl. Velaz-

moires pour l'histoire des sciences &c. mens. Decembr. 1753. vol.I. pag.2761 — 2773. de eruditi Hispani tentamine passim disputaverat; tametsi ejus & eruditionem & industriam debita laude ipse ille prosequatur. Confer *Nouveau Traité de Diplomatique* Tom.II.part.II. sect.III. cap.5. pag.307.

Non est profecto, quare in ejusdem Hispani specimine nihil omnino esse arbitrer, quod non sit probandum. Exempli caussa, de numo Tabul.XVII. n.9. verba faciens pag. 147. seq., Asdrubali eumdem ipse perperam tribuit; qui numus, de quo quicquam diximus pag.34.seq., revera est Abderitanorum. Quo errore quoque, licet diverso, lapsum fuisse ipsum Florezium loc. cit. part.II. pag.445., numum eumdem Gaditanis falso adscribentem, recte animadvertit ille idem Cl.Eckhel, *Doctrin. numor.* &c. part. III. vol. I. pag.421. seq. Quamquam & erat quoque ab se animadvertendum, Florezium, Cl.Perezio-Bayerio, *De la Lengua de los Fenices* &c. pag.369.admonente, suum post agnovisse errorem, loc. indicat. Tabul.LIX.n.4.par.III. pag.4. seq.

At nescio quo artis vitio, aut quodam fato, ut ita dicam, homines & eruditione & doctrina alioquin praestantes, nec sua afferre possint, quin aliena carpent, neque aliena carpere, nisi sanioris critices ita interdum transcendant limites, ut quod eorum palato non sapiat, nusquam sibi ipsis probetur.

Quid ergo? iste Velazquezius, quoniam id ego assumo; quid demum effecit? Idem illud scilicet, ut nullus ejus ante aetatem, in re multis ac maximis implexa difficultatibus potuit, & ego vellem melius aliquanto, quam ipse de nonnullis est commentatus Phoenicio-Graeco-Hispanicis epigraphis. Aliquid igitur humani passus fuerit Cl. Velazquezius, non repugna-

quezii laus praestantissimi Bayerii judicio ac testimonio sit comprobata ; pluribus verbis quid opus est, ubi tanti viri testimonium adsit?

---

bo. Nihilosecius illud non injuria contendo, si affirmare ausim, multa Cl. Hispanum praeclare & reperiisse & dixisse. Viam sane inusitatam, suisque gentilibus & exteris doctissimis hominibus veluti inaccessam, ingressum, ab scribendo tamen non deterruit obscuritas argumenti; quidque efficere ipse, & quo progredi posset, egregie declarat eruditissima eadem ac ingeniosa ejus commentatio. Quam profecto qui & omni praeconcepta opinione liberi & in hacce litteratura revera versati, acri & attento animo legerint; tantum abest, ut cum Cl. Antiquario Vindobonensi eruditi Hispani operam perinde ac inutilem atque otiosam deferendam usquam putent; ut potius ipsam tanquam excellentis ingenii, iisdem nati litteris, foetum memoriae commendabunt doctorum virorum.

Quamquam satis est argumenti a me nihil de Cl. Ludov. Josephi Velazquez commentatione, non arbitratu meo, sed uno veritatis amore ductum, disputasse; minime tamen est tacendum eruditi viri testimonium tanto majoris ponderis & tanto, quam haberi potest. Atque si quis unquam fuit egregie iis instructus litteris, is certe est Cl. Archidiaconus Valentinus Francisc. Perezius-Bayerius, de quo superius dicebam. Nam ego sic existimo, in hoc litteraturae genere illi judici esse auscultandum atque audiendum, qui ad eadem studia, magno utique labore & annos plurimos se dederit. Cl. ergo Perezius-Bayerius mihi sit unus instar omnium de Ludov. Josephi Velazquez opere, *Ensayo* inscripto, eam ferens sententiam : = " Obra, „ ait ille, que si huviera llegado, a perfeccionarse „ segun su idea, nada huviera dexado que desear en „ este ramo a los Antiquarios . . . . y non dexa de ha-

Atque utinam ille idem Ill. Perezius-Bayerius, cujus interitum hae lugent litterae, quae de hoc argumento jam usque ab aliquot lustris, tum initio suae praeclarissimae *De Numis Hebr. Samaritanis* (1) Diatribes, tum in eorumdem *Numorum Vindiciis* (2) pollicitus fuerat, absolvere potuisset! Aut siquidem absolvit, clari ipsi Hispani, quibus Archidiaconus Valentinus suis in rem litterariam magnis meritis tanto honori fuit, illa ex Auctoris schedis in manus hominum quam primum curent emittenda. Quod si illorum beneficio obtinuerimus; multa, quae hac in numismatica disciplina adhuc latere in tenebris videantur, quaeque in disceptationem voca-

„ ver en el discurso de ella algunos descubrimientos „ dignos de su grande ingenio; come lo han reconocido, quantos gustan de esta literatura dentro y „ fuera de España „. Haec doctissimus Bayerius loc. supra cit. *De la Lengua* &c. pag. 368. Quae, ne actum agam, Latine non reddo, ut qui eorum summam eadem lingua, hac in notatione jam expresserim. Hoc unum addam, quod tacitus praeterire visus sum, nimirum Cl. Bayerii sententia, eos, quibus haec litteratura sapiat, tam exteros, quam ipsos Hispanos de Velasquezio specimine bene judicasse.

(1) Cap. I. pag. 1. seq. Quae Cl. viri Diatribe jam ab anno 1781. edita fuit. Confer si placet & nostram *De Bibliograph. antiquar. & critic. sacr. aliquot capitibus* sect. IV. pag. 72. not. alias pag. 296. vide & supra pag. 319. seq.

(2) Cap. IV. pag. 121. Quas *Vindicias* Cl. Auctor publicavit anno 1790.

ri ac quaestionem possint, haud incerta spes est fore, ut magna illustrentur luce. Quare non dubito, quin fructus ex opere Bayerii, qui annos nonnullos in hoc studio desudavit, ad easdem litteras plurimi perveniant. Unde eruditi homines magis magisque habebunt, quo Cl. Hispanae genti, multis celebrandae nominibus, grates referant maximas.

At haec, Stephane Borgia Cardinalis amplissime, de eruditis Hispanis hactenus disputata, in quorum commentariis litteraturae Phoeniciae quasi initia, ac veluti semina quaedam deprehendimus, minime erant praetermittenda. Quamquam in multis doctis viris, qui ad eamdem litteraturam nobis aditus revera compararint, post recensendis, & illos ipsos Hispanos suam in hocce studio expertos fuisse industriam, non erit quoque silendum. Jam vero quid hi & illi eruditi homines in eo genere litterarum tentarint effecerintque, quò argumentum magis ac magis illustretur nostrum; res ipsa hortari videtur, ut qui sequentur, duobus declaremus paragraphis.

§. II.

Qui docti viri in illis inscriptis monumentis, quae Phoenicum propriora sint, sive colligendis, sive illustrandis ad hujusce Phoeniciae litteraturae fontes nobis quoquo modo aperiundos, viam primi omnium pararint munierintque.

Haud sane pauci numero sunt eruditi viri, & Tute probe noscis doctissime Cardinalis STEPHANE BORGIA, qui ejus generis inscripta monumenta vel typis edita, vel tabulis in aes incisis publicare curarint; pauciores vero, qui in eisdem bene illustrandis fuerint versati. Horum autem & illorum lucubrationes ut aliquo percenseam ordine, utque quod ad eam spartam navandam eorum quisque contulerit, dignoscatur; rem non ingratam fortasse, neque prorsus inutilem, neque etiam injucundam, ab proposita quoque ratione nostra non alienam, facturum me confido, si illud, ut potero, exponendum sumam.

Ac primum quidem, qui de hujusmodi in lucem emittendis monumentis cogitavit, Hubertus Goltzius est nominandus. Is vero in eo libro, quem inscripsit: *Sicilia & magna Graecia, sive Historiae urbium & populorum Graeciae, ex antiquis numismatibus restitutae lib.1. Brugis Flandro-*

rum 1576.in— fol.,nonnulla hanc in rem nostram attigit (1) ;at ita pauca,facile ut appareat numorum duorum,aut trium Phoenicio-Punico-Siculorum , quos vulgavit , epigraphas neque animo comprehendisse neque in iis describendis sese,ostendisse in hoc genere versatum litteraturae .

Vir tamen fuit antiquitatum & Graecarum & Romanarum scientia clarus , hominibus tunc temporis , hisce disciplinis instructissimis , Onuphrio Panvinio , Antonio Augustino Fulvioque Ursino , locupletibus testibus . Multos enim ea de re libros edidit , multoque plures scripturus , si diuturnior ei vita contigisset . In colligendis quoque ubique terrarum , ut ita dicam , cujuscumque generis numismatibus, nemini illa aetate secundum , tametsi ejus non fuerit semper laudata diligentia , nihilominus ad hanc juvandam doctrinam plurimum valuisse , quis Antiquariorum non agnoscet ?

(1) Numos tres Phoenicio-Punico - Siculos , quorum unus est bilinguis , sed singulos suis in peregrinis epigraphis peccantes , protulit Goltzius hoc in opere ejusdem primae , quam in manibus habeo , editionis anni 1576. , non vero 1566. uti mendo legitur typographico apud Cl. virum Eckhel , *Prolegomenor. general.* cap. XXII. §. IV. *Doctrin. numor. veter.* vol. I. part.I.pag.CLIII.De duobus prioribus numis Tabul.XII. n. 5. & 6. suo loco dicam & tempore . Quae autem de tertio bilingui ad Dionysium I.Syracusarum Tyrannum , ut mihi videtur , referendo , observanda habebo , ad sequentem remitto adnotationem .

Quod si ab Goltzio in tantis, sicuti tum ipse erat, litterariae rei Phoeniciae tenebris, nullum lumen nobis est praelatum hujus, de qua disputamus, eruditionis; omnium tamen princeps fuisse videtur, qui id genus peregrinos numos, licet paucissimos, palam protulerit.

Goltzii autem anno 1583. immatura morte praeventi, annos tantum LVII. nati, in recensendis describendisque numis fidem, plures fuisse intelligo, qui in dubium vocent (1). Equidem

(1) Eruditi fuere homines (& nostra quoque memoria esse video) qui hac in re de Goltzii laude multum detraherent; cauteque eum esse legendum, saepe monuisse Ezechiel. Spanhemium, auctor est Johan. Foy-Vaillantius in suo *Seleucidarum imperio* &c., edition. Lutet. Paris. 1681. pag. 306. Quem doctum Antiquarium Goltzii partes alioquin suscepisse scribit Sigebertus Havercampus, Praefation. ad *Thesaurum Morellianum*, edit. Amstelodam. 1734. pag. * ** * 2, quique de Goltzio ibidem est conferendus. Vide etiam Franciscum Geinoz in *Histoire de l'Académie Royale des Inscript.* Tom. XII. pag. 263. seq. = Anselm. Bandurii *Bibliothecam nummar.*, suis *Numismatibus Imperator. Romanor.* praefixam pag. XII.

Ac quod dolo fraudeque in sua sylloge Goltzius ita gesserit sese, quasi hujusmodi opes, quas aut numquam ipse possedit, aut in doctorum hominum, vel principum virorum numophylaciis ne minimum quidem oculis usurpavit, commentus esset; numos vero plurimos confixisset, qui minime gentium exstiterint; genuinis quoque permulta arbitratu suo ac meditate immiscuisset, ut fucum faceret; nollem equidem tam dure immisericorditerque de tanto viro pronunciare.

nollem hac in re peccatum ab eo esse. Utcumque sit; in illis paucis numismatibus ab se edi-

Ex numorum attritis saepe atque exesis typis in errorem inductum Goltzium, idcirco ipsam epigraphen praesertim in similibus metallis vetustate pene comsumptis turbate expressam, conjectura autem sua eruere tentasse, quae integriori reperto archetypo falsa postea fuerit deprehensa; facile patiar. Qua in re quidem lubrica quem Antiquariorum etiam doctissimorum omnis omnino lapsus immunem censemus? Mihi sane placet illud Horatii *De Arte Poet.* v.11.

Scimus, & hanc veniam petimus, damusque vicissim.

Quamobrem illos non multum morarer, qui magnas querelas, immo & maximas in Goltzium effudere; quorum postremus, quod ego sciam, Cl. Josephus Eckhel est, loc. ante cit. pag. CXL. seqq. Sed per me licet, & hoc ut volet doctissimus Vindobonensis Antiquarius. Non defuere tamen qui Goltzium in suis congerendis numis de suspecta fide tantopere postulatum purgarint. Verum hanc litem meam non facio, numismaticae rei magis peritis dirimendam. In iis autem numis, qui Phoenicio-Punicae litteraturae tantum proprii sunt, continebo ipse me. Idcirco ad bilinguem ab Goltzio productum, superiori indicatum adnotatione, in praesentia venio. Estque ejusmodi: = *Equus dimidius, quem supervolitans coronat victoria; juxta, caput equi; elementum* Σ; *vel hordei, vel frumenti granum; pone, Triquetra, seu Siciliae symbolum; eaque ex parte* ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. ℈ ℨ *Arbor Palma fructifera; hinc & illinc in area, epigraphe Phoenicio-Punica*: קרתחדת, i. e. *Urbs nova*. De qua inscriptione post videro. Atqui hunc numum in eorum classem esse rejiciendum, qui partim veri, partim falsi a Goltzio producti sunt, pluribus evincere adnititur Vindobonensis Antiquarius, loc. cit. pag. CXLIX. seqq. Tabul. II.

tis, quae sunt Phoenicio-Poenorum, ac doctis hominibus notissima, fateor non eum esse me, qui hanc Goltzio dicam scribere auderem.

---

n.5. & pag. 258. seq. Eo igitur judice, inter verum in Museo Regio Parisiensi adservatum, uti testatur Barthelemyus, *Mémoires de l' Acad. Roy. des Inscript.* Tom.xxx. Tab.II. n.7. pag. 419., & falsum eumdem a Goltzio turpiter corruptum numum, illud intercedit discriminis, quod in Goltziano expressum legatur nomen Regis *Διονυσίου*, in Regio autem Barthelemyano, loco ejusdem nominis altera Phoenicio-Punica compareat epigraphe, nempe, מחנת, *Mahhanoth*, & parte postica τὸ קרת חדשת, *Khereth Hhodescheth*, uti legit ipse Barthelemyus.

Illud praeterea a veritate prorsus discrepans, Cl. Eckhel animadvertit pag. 258., quod Goltzianum numum eodem *Διονυσίου* insignitum nomine, in laudato Parisiensi Museo exstare Princeps de Torremuzza, advocato etiam Barthelemyi testimonio scripsit, *Siciliae Veter. numor.* pag.97.; qua in re Ill. Principem errasse certum est. Nam doctus Gallus hunc alterum numum, eo inscriptum vocabulo, quem in aes quoque incisum loc.cit. & Tabula II. n.II. protulit, sese ex Goltzio depromPsisse; quem vero ex Museo Regio eadem Tabul. n.7. exhibuit, τῷ *Διονυσίου* omnino carere, apertissime admonet.

Accedit, quod idem ille Princeps de Torremuzza de numo altero, Golziano simillimo, quem se loc. cit. Tabul. c. n. 3. & pag. 97. possidere testatur, ab Francisco Neumanno consultus, essetne *Διονυσίου* nomen tam nitide in eo expressum, ut hoc nihil haberet dubitationis; humanissimum Principem respondisse: = *Primas litteras* ΔΙΟΝΥ. *una cum numi extrema ora excidisse, sextam* Σ *esse evanidam, tres postremas* ΙΟΥ. *esse satis nitidas*. Haec Cl. Vindobonensis Anti-

Eadem porro aetate, si quis eruditorum in hoc antiquitatis studio cum Goltzio ipso veniat

---

quarius;ex quibus nemo non videt,eo judice pag.259., Goltzii causam a numo adeo vitiato parum juvari, & satis apparet, subjungit ille, numum hunc in eamdem Punicorum classem esse conferendum, eorum scilicet, sicuti paullo ante aiebat, qui mere Punici sunt.

Verum, quamtumvis ille idem numus Principis de Torremuzza, Goltziano sat similis, in sua epigraphe vitiatus fuerit; ex illis tamen Graecis, licet paucis, ΙΟΥ litteris quas apertissime prae se saltem ferebat, quis unquam efficiet, in numero eorum, qui ad classem mere Punicam spectent, eum esse ponendum? Ego profecto illud nequaquam video. Contra vero, hoc eodem numo apud Siculos certe cuso, non *Διονυσίȣ* modo ex parte exesum fuisse vocabulum, sed & vetustate alteram quoque Punicam epigraphen plane evanuisse, ex ejus typo tam in antica, quam in postica, Triquetra dempta, a Goltziano numo haud absimili, ipse ducerer ad suspicandum.

Haec porro aliquanto fusius,quam vellem, enarranda censui, uti quibus rationum momentis permotus Cl. Eckhel Goltzianum bilinguem numum, quem principio descripsi, in spurios rejici oportere arbitraretur. Quae sane, quamquam primo quasi intuitu haud levioris ponderis esse videantur; nihilominus non equidem vereor, ut sint futuri, quibus tanti momenti ea fuerint, ut Dionysianum Goltzii numum, veluti commentum reputent hominis quo jure, quaque injuria hanc fallacem mercem suam & fucosam venditare conantis.

Quid ergo? mirum fortasse alicui videbitur, Cl. Vindobonensem Antiquarium in numi *νοθείαν* non minus anxie, quam curiose inquirentem, silentio tamen pressisse quae de eodem ipso bilingui numismate

comparandus, antiquiorem reperio neminem, eumque illustriorem viro, cujus supra mentio-

quondam tradidit Auctor sane nobilis ac magnae existimationis Antonius Augustinus, quem Ill. virum de numaria re insigniter meritum, lubens agnoscit doctissimus ipse Eckhel, loc. cit. pag.CLIV.

Atqui ille idem Augustinus, cujus nulli non Antiquario perspecta sit atque explorata in numis veterum evolvendis fides ac diligentia plane singularis, in iisque veris a falsis distinguendis sagacitas & judicium; Augustinus, inquam, ille est, qui in suis *Dialogis*, quorum mentionem jam fecimus, *Dialogo* VI. editionis Italicae pag.186., hunc eumdem praesertim numum Διονυσίȣ notatum vocabulo protulit.

Quid, in suspicionem quoque Augustini fidem heic adduceremus? Vel factumne fuisse diceremus, ut in hoc ejusdem prorsus commatis, ac Goltziano producendo numo vir summus, tunc veluti oestro percussus male vidisset; in Goltzii autem verba jurans ejusque auctoritati & praeconio totum tradidisset sese? Hoc enim modo de eruditorum permultis, qui uno Goltzii testimonio freti in errorem inducti saepe fuerint, conqueritur Cl.Eckhel, loc.cit.pag.CLII.seq.

Ego vero, etsi Goltzii librum *Sicilia* &c. inscriptum, Cl.Augustinum legisse, nollem inficias ire; non video tamen quod hinc consequens fieret, ut Archiepiscopus Tarraconensis in suo proferendo numismate unum Goltzium, cujus, loc. cit. pag. 185 — 187. ne minimum quidem meminit, quasi coeco impetu transscripsisset. Qui namque numum, quem male quidem legit, & Carthagini minus recte tribuit, exponens, formis ligneis insculptum repraesentat, eumdemque sese argenteum, drachmarum quatuor amplius pondere, possidere ait, atque eum ipsum oculis saepe perlustrasse & contrectasse manibus palam significat; is profecto non auctoritate aliena sibi imponere patitur, sed proprio

nem feci, pag. scilicet 312 – 321., Antonio nempe Augustino. Is Romae primum inter XII.

judicio rem illam ipsam, sicuti in se est, & tanquam Αὐτόπτης, *Testis oculatus*, expendit statuitque. Verba enim faciens de hoc & altero numo ab Goltzio in Tabulam XII. n.6. relato, haec habet: = *Le medaglie più principali, che mi trovo di essa* (Cartagine), *sono due d'argento, e ciascuna è di peso di più di quattro dramme*. Sed brevitatis ergo omitto caetera, quae in Augustini *Dialogis* satis obviis quisque legenda facile reperiat. Quae quidem ita comparata sunt, ut de Goltzii fide, ejusque numi Διονυσὶϰ nomine signati, plena γνησιότητι nulla amplius oriri dubitatio posse videatur.

Atque hoc loco percommode cadit quaedam epistola, cujus heic mentionem facere non prorsus abs re existimo. Hanc ab felicis memoriae Praesule Casalio, de quo pag.317. 351. seq. memini, nunc habeo. Ea autem Orbitelli 17. mensis Augusti an.1791. data, utriusque numi, quem protulere Goltzius atque Augustinus, & alterius item emptio Cl.viro offerebatur, una cum eorum ad ipsum icone transmissa. Sed tunc aliis impeditus curis Ill.Casalius de id genus numis, quos postea frustra perquisivit, acquirendis se minus sollicitum fuisse, ingenue confessus mihi est. Hominem vero, penes quem iidem certe erant numi, Cl. autem Casalii, ut ex illius epistola intelligo, studiosissimum, in invidiam doli vocare, non equidem auderem. De quorum numorum, etsi eorum iconismum teneam, suspecta fide quî recte ipse judicarem, quorum archetypa versare mihi nusquam licuit? Caeterum ad Praesulem Casalium conscriptam epistolam propterea commemoravi; ut quantum Goltzii auctoritas, Ill. Anton. Augustini, viri numismaticae rei intelligentissimi, luculento testimonio quoque comprobata, apud me valeret, ostenderem.

viros litium judicandarum cooptatus, post vero, uti ibidem dixi, Archiepiscopus Tarraconensis,

---

Sed de hujusce bilinguis numi *γνησιότητι* satis. Ad ejus Phoenicio-Punicam epigraphen modo veniendum. Hanc autem Barthelemyus legit: = קרת חדשת; quam lectionem non possum quin improbem. Nam praeterquam quod sex tantum litteras inscriptio complectitur, tum etiam τὸ חדשת in statu, ut ajunt, constructo, cum τὸ קרת conjunctum, ad Hebraeo-Phoenicio-Punicae dialectus analogiam parum apte accommodatur; quod non fugit Cl. Joseph. Eckhel, loc. cit. part.I. vol. I. pag. 416. Τὸ ש praeterea ab ipsa epigraphe omnino abest. Retinendum ergo τὸ קרת חדת; eaque ratione in epigraphe compendio expressum, per τό קרתא חדתא, *Qartha*, vel *Kartha-Hhadtha*, i. e. *Urbs nova*, plene efferendum. Quibus duobus Phoeniciis vocabulis Carthaginem indicari, jam observavimus pag. 315. At numum ad eamdem Poenorum in Africa Metropolim nequaquam pertinere, sed in Sicilia natales suos agnoscere, non est cur ambigendum veniat. Quod profecto Siciliae, olim TRINACRIAE, Diodoro Siculo, Strabone, Plinio aliisque illud tradentibus, nomine appellatae a tribus suis promontoriis Pachyno, Peloro & Lilybaeo, symbolum, nempe TRIQUETRA, cruribus tribus, modo circulo, modo capite intermedio comprehensa, atque in numo signata, manifestum facit.

An vero Panormitanis, quorum civitas antiquissima, caeterarum vero Sicularum, quas Carthaginienses tenebant, praecipua, eaque *potentissima*, (sic enim interpretor τὸ βαρυτάτη πόλις, quod habet Polybius *Historiar*. lib. I. cap. 38. pag. mihi 50.) tribuendus sit numus, erunt fortasse qui ex Phoenicio-Punicis litteris & symbolis, quibus in aversa parte insignitur, eliciendum opinabuntur. Epigraphas namque Punicas eademque symbola, uti palmam, equinum caput, vel equum

anno demum 1586. apud populares suos extremum vitae edidit spiritum.

Verum non equidem video etiam quid vir hic summus iisdem Phoenicio-Punicis inscriptis metallis, quos in suis descripsit *Dialogis* (1),

---

sive dimidiatum, sive integrum, Panormitanos Carthaginiensium exemplo, quorum mores aemulabantur, quippe eorum subiecti imperio, in suis monetis usurpasse, vetusta illorum inscripta metalla satis superque evincunt.

Verumtamen, quoniam numi pars adversa litteram Σ, Syracusas denotantem praefert, & Διονύσιυ nomine signatur; quin ab ipso Dionysio, Syracusarum tyranno, seu Dynasta numus cusus fuerit, vix dubitarem; & quidem in insignis victoriae memoriam de Carthaginiensibus Siculis ab se reportatae, gentis vero subactae & pacem implorantis, propriis in ipso monumento usurpatis symbolis. Quod sub Dionysio *majore* id accidisse a Petro Burmanno *Commentar.* ad Paruti *Siciliam numismaticam* Tabul.CL.; *Thesaur. Antiquitt. Histor. Siciliae* vol.VII. col. 103. recte observatum video. Atqui hunc Dionysium hujus nominis primum, totius Siciliae dominatui inhiantem, bellis gravissimis, varia tamen fortuna & mutuis cladibus, Carthaginienses Siciliae bonam partem occupantes, saepe agitasse, Diodorus siculus, *Histor.*lib.XIV. & XV. passim scriptis prodidit. Ad illam autem pacem, cujus idem ille Diodorus meminit lib. XIV. cap.99. pag.715. edit. Vesseling. al. 446., a Carthaginiensibus, terra marique tunc oppressis, per legatos sollicitatam, & sibi cum Dionysio I. compositam, referendum numum existimarem; & ut apud Diodorum siculum loc. cit. adnotatur, primo Olympiadis XCVI. ante Christi natalem anno 396., quo foedus percussum est.

(1) Confer ejusdem *Dialogos* edition. Italicae

adsperserit luminis, quo hanc nostram aliquantum juvaret atque ornaret litteraturam; quamquam antiquariae ac numismaticae rei ipse peritissimus haberetur. Quos vero exstet, & de quibus sit memoriae proditum ad istam Phoeniciam disciplinam animum statim adjunxisse, Goltzius & Augustinus illi ipsi sunt sine controversia primi; nec his habeo quemquam antiquiorem, cujus quidem scripta proferenda putem. Nisi tunc etiam aetatis doctissimum alterum virum, cum ipso Augustino necessitudine conjunctissimum, Fulvium dico Ursinum laudemus, quod de numo Phoenicio-Punico, sed Annibali perperam ab se tributo egerit, ut auctor est Gisbertus Cuperus (1), aliique eruditi Antiquarii scripserunt.

Dialog. VI. & VIII. pag. 182. 186. & 236. Quos Numido-Punico-Siculos tres & quartum Gaditanum ibidem profert Augustinus, pag. 320. supra enumeravi; bilingue quidem Dionysii nomine Graece insculptum mumisma superiori notatione jam satis exposui. In reliquis autem, multo majori post diligentia ab eruditis Antiquariis descriptis numis, ut hujusce secundi capitis hoc aut altero paragrapho occasio dabitur, meo more enarrandis atque illustrandis periculum faciam.

(1) Epistola LVIII. ad Ottonem Sperlingium. 12. mens. Decembr. 1704. Daventriae data; *Utriusque thesauri antiquitt. Roman. & Graecar. Nov. Supplement.* Jo. Poleni vol. IV. col. 174. In opere tamen Ursini inscripto: = *Imagines & elogia virorum illustrium & eruditorum ex antiquis lapidibus & numismatibus expressa cum annotatione. Ex Bibliotheca Fulvii Ursini*. 1570. *Romae Ant. Lafrerii formis*, in — fol., hujusce Phoeni-

Sed ad doctos illos viros, qui in sequenti XVII. seculo ejusmodi numos aut vulgasse aut illustrasse intelligo, veniamus. Quos quidem, acervatim heic libet afferre. Neque enim aetate admodum distinguuntur. Hi autem sunt Philippus Paruta, Bernardus Aldrete, Vincentius Johannes de Lastanosa, Claudius Bouteroue, Jacobus Oiselius,

cii numi Annibali adjudicati, nullus omnino typus comparet, neque minima quidem movetur mentio. Librum certe plus semel & diligenter evolvi. Nisi vero in altera *Imaginum* anni 1598. in — 4to. Antuerpiae, Ursino adhuc spirante, vulgata editione, quam prae manibus habere haud potui, Cuperus aliique fortasse id legerint.

Quum vero haec scribo, attamen Ursinum ipsum ab hac culpa liberare nollem. Nam in eorumdem *Imaginum* &c. *quae exstant Romae, major pars apud Fulvium Ursinum, editione altera, aliquot imaginibus & Jo. Fabri ad singulas commentario* aucta atque illustrata, quaeque sex annis post Ursini obitum prodiit Antuerpiae 1606. in 4to., idem numus profertur Tabul. 63. atque Annibali tribuitur. Alter quoque Tabul. 9. exhibetur, & quidem Amilcari addictus, uterque argenteus, sicuti apud Fulv. Ursinum exstare dicitur, capite barbato & galeato insignitus, Phoeniciis, sed praepostera ratione delineatis, descriptus litteris, unam eamdemque prodit officinam monetariam ab Africana plane diversam. Labitur ergo Ursini interpres Joannes Faber, quum *Commentarii* pag. 9. seq. 41. seq. hoc & altero numo duorum Carthaginiensium ducum effigiem exprimi, ne dubitare quidem videatur. Sed de numismate Annibali adscripto alias. Postremum vero eumdem atque ab Pellerinio, *Recueil* de *Médailles de peuples* &c. Tom. III. Tabul. CXXII. n. 8. pag. 164. memoratum, suspicarer.

Andreas Morellus, Beaudelotus de Dairval, Gisbert. Cuperus, Nicolaus Sponius, Laurentius Begerus, Joh. Foy-Vaillantius.

Quum vero in horum, quos nominavi, Antiquariorum enumeratione versor; haud equidem scio, an alios tacitus omittam, qui iisdem temporibus in Phoenicio-Punicis inscriptis aliquot producendis monumentis, sive metallis, sive lapidibus suam quoque exercuerint industriam. Quod si sunt qui fecerint, eorum vel nullam notitiam habeo; vel si habeam, ipsorum numquam in manus inciderunt lucubrationes. Nunc autem hactenus commemoratos, Antiquarios una subjecta adnotatione (1), pro more no-

(1) Atque de hisce Antiquariis ut agamus, quid porro quod rem nostram propius attingat, effecerint, eo loci est considerandum.

Et primo quidem numismata id genus quamplura in unum coegit Philippus Paruta Panormitanus in eo, quod inscripsit opere:= *Della Sicilia descritta con Medaglie.*Panormi 1612. in — fol., neutiquam vero 1602. ut apud Johan.Seldenum in libro *De numis* part.I.Londini 1675. pag.27. habetur, mendo certe typographico, & apud. Joh.Albert. Fabricium, *Bibliograph. Antiquar.* cap.XVI. me legisse memini. Tum etiam cum aliqua numismatum accessione Leonardi Augustini. Romae 1649. in — fol.;& meliori ordine digesta a Marco Majero Lugduni 1697. in — fol. De quibus postremis editionibus, ut & de ipso Paruta consulendus Anton. Mongitor,*Bibliothec. Sicul.* Tom.II. pag.173.seq.; & plenius sub hoc titulo : = *Philippi Parutae, nobilis Panormitani, Leonardi Augustini Senensis, Sicilia*

stro ordinatim percensendo, singulos complectamur: at quam maxime potero, id brevi faciam.

Numismatica, nunc primum (Latine) *additis Huberti Goltzii aliorumque Siciliae descriptione, & in numismata singula explicationibus; ingenti numero tabularum, edita sparsim apud alios, & inedita numismata complectentium, & perpetuo commentario illustrata, studio & industria Sigeberti Havercampi*. Cujus quidem laborem anno 1723. edendum suscepit Petrus Burmannus, eumque totum complexus est Vol.VI.VII. & VIII. *Thesauri Antiquitt. & Histor. Ital. Sicil.* &c. Confer ibidem vol. VII. Tabul. XIII. n. 122 — 129. = XIV. n.131 — 140. = XV. n.141. = XVI. n.152. 153.156. 159. = XVII. n.166 — 168. = XVIII.n.173. 174.& 176. = XXV n.53. & 54. = Vol. VIII. Tabul. LXXXIII. n. 3. & 4. = CL. n.2. Vide & commentarium in easdem Tabulas, Vol.VI. col.79. &c.,Vol.VII. col.1002. &c.

Multa quidem de typis & symbolis, quibus iidem notantur numi, hoc in suo commentario Havercampus scripsit praeclare; atque ita scripsit, ut haud vulgaris appareat eruditio, litterarum autem Phoenicia-rum scientia nulla. *Litterae*,inquit ille loc.cit.Vol. VI. col.79., *quae hic & in sequentibus cernuntur numis, Oedipum aliquem requirunt*. Quo sane factum est, ut numis inscriptae litterae Phoenicio-Punicae maximam partem male delineatae deprehendantur; Siciliae vero aliquot tribuantur numi, qui certe ad alteram ac plane diversam spectant regionem. Exempli caussa, Cossurenses numi Phoenicio-Punice descripti Tabul. XVI. n.152. 156 = XXV. n.53. & 54., a Siculis vel non satis distinguit, vel haeret incertus, an ad Africam referri debeant,Vol.VI.col.82.seq. & 160. ejusdem commentarii sui. Quae etiam in superioribus recensitis editionibus ipse Paruta,Leonardus Augustinus & Marc. Majerus vulgarunt, nihil omnino ad eamdem nostram,

Sed enim, quid ego illius aetatis Antiquarios hosce viros morer? Quamvis peritissimi, in novis

quantum ego ipse intelligo, juvandam atque illustrandam conferre litteraturam possunt.

Ac caeteros eodem saeculo claros Antiquarios persequamur. Ergo non praetereundus ejusdem ferme aetatis doctus Hispanus, de quo pag. 302. & 333. dixi, vir optimis excultus disciplinis Bernardus Aldrete, qui elapso saeculo ineunte, ut multa de rebus veterum Hispanorum, Phoenicum & Africanorum in suis *Varias Antiguedades de España, Africa, y otras provincias. En Amberes* 1614. in – 4to. memoriae prodidit; ita quoque numismatum aliquot Punicorum ectypa ibidem litteris mandavit, lib. II. cap. I. pag. 177-179., adi sis & cap. II. pag. 226. seq. Opus sane, ut alibi ajebam, multiplici exquisitaque doctrina refertum.

Tam pauca tamen in eo numorum genere praestitit Cl. Hispanus, ut hanc palmam doctioribus omnino reliquerit hominibus. Hosce vero numos partim ex Antonio Augustino, partim ex suis scriniis, tres nempe Gaditanos protulit. Horum autem ectypa praesertim Punico-Numidica, tam vitiata in epigraphis exhibentur, ut ad quos Numidiae, aut Mauritaniae Reges essent referendi, plane me nescire fateor. In horum typo uno est caput barbatum & laureatum; alter barbatum item caput sistit, sed cincinnatum atque inaure ornatum & vitta redimitum.

Neque illud, quod eodem de argumento, saeculo ferme medio, Vincentius de Lastanosa, Hispanus alter haud obscuri nominis, animo conceperat, persequutum felicius fuisse, satis intelligitur. Is namque numorum veterum Hispanorum & Siculo-Punico-Phoeniciorum rarissima sua Sylloge, superius pag. 323. recensita, non mediocrem ab harum rerum studiosis gratiam promeritus est quidem; majorem vero consecuturus, unum si spectasset, ut jacentibus adhuc

tamen rebus quasi modo nascentes, ipsam Phoenicum litteraturam primis, ut ajunt, labris vix

iis litteris, de iisdem quicquam memoriae commendasset, quod inscriptos id genus numis characteres in veritatis lucem proferret.

Atque haec ab iis doctis jam commemoratis hominibus tradita, quum huic nostrae eruendae litteraturae minus apta videantur, alios nonnullos tunc fere aetatis Antiquarios haud omittamus, qui de hisce litteris meliora fortasse nos edocebunt. Quamquam equidem non video quid ab iis exspectandum sit nobis, si ad illa ipsa, quae scriptis prodidere, Phoenicio-Punica monumenta animum adjungamus. Quid enim de Claud. de Bouteroue dicemus? Aliquot quidem numismata Punico-Phoenicia atque etiam Hebraeo-Samaritica in eo exhibuit opere, quod inscripsit: = *Recherches curieuses des monnoyes de France, depuis le commencement de la Monarchie. A Paris* 1666. in-fol. Illud autem puto non errans, numos pag. 32. seq. 37. seq. ab se productos, hujusce nostrae litteraturae proprios, omnino nullos ipsum explicasse ac mente comprehendisse. In hoc praeterea ipse peccavit, quod eorum epigraphas in aes incisas, non ea, qua debuisset, delineare curavit diligentia. In Punico-Phoeniciis namque illustrandis eo magis lapsus est, quod de numo quodam, ut unum ego exemplum heic adducam, etsi alioquin sat fideliter exarato, conjecturam facit, returque alicui Persarum, aut Syriae Regi eumdem esse adscribendum. *Cette piece*, ait ille pag. 32., *peut estre de quelque Roy de Syrie ou de Perse*. At quam infelix conjector! Neque id mirum in homine erudito quidem, sed litterariae rei Phoenicum plane, ut videtur, ignaro. Atqui numus, de quo verba ibidem facit, aeneus est; in adversa, caput muliebre coronatum exhibet; ante, genium, seu alatam victoriam, coronam gestantem ac mulieri protendentem. In Cossura

degustasse, intellexisse autem tam mea, quam eruditorum sententia, ne vix quidem existiman-

---

autem insula, aliis COSSYRA & COSYRA, nunc PANTELARIA dicta, Africam inter & Siciliam adjacente, cusum certissime esse numum, ipsa Punica epigraphe plenissime evincit. De quo sane nnmo quum nonnulla heic sese offerrent observanda, quae hanc nostram notationem nimis prolixam facerent, ad postremum secundi hujus capitis paragraphum ea remittenda duximus.

Sed ad ejusdem aetatis Antiquarios revertamur, & videamus quonam tandem pacto Phoeniciae litteraturae fontes ipsos nobis aperuerint. Equidem haud paucos tum fuisse intelligo, & ipse bene perspicis, Cardinalis amplissime STEPHANE BORGIA. Verum quid ex hominibus, quantumvis eruditissimis, at in scriptura & lingua aut nihil, aut parum omnino maxima ex parte versatis Phoeniciorum, heic colligemus? Si qui autem sunt, nisi mea me fallit memoria, quos tunc temporis floruisse intelligo, ipsi illi fuerunt profecto, quorum post Claudium Bouteroue mentionem superius feci pag. scilicet 384.seq. Primum ergo ad Jac. Oiselium veniamus. Quae vero sui *Thesauri selectorum numismatum antiquorum* &c. Amstelodam. 1677. in 4to. Tabul. XXXII. n. 8. & pag. 140., de sibi prorsus ignoti numi Siculo-Phoenicio-Punici male a se descripta epigraphe ipse disserit, ita comparata sunt, ut litterarum inscientiam prodere videantur Phoeniciarum. Quem tamen numum, ut & alterum Tabul. ejusd. n. 7. & 9., sed nulla Phoenicio-Punica insculptum epigraphe, Carthagini ab Oiselio perperam adjudicatum, venustate tamen & elegantia utrumque spectabilem, in Sicilia fuisse procusum, ne vix quidem ipse dubitarem.

Quid vero Andreas Morellus, quem deinceps commemoravi, vir de re numaria optime meritus, hac in nostra litteratura profecerit, paucis est dicen-

di sunt. Hi profecto, quorum mentionem injeci, haud mediocri ingenio multum valuere qui-

dum. Atqui in suo *Specimine universae rei numismaticae antiquae*, edition. Lipsiens. 1695. in – 8vo. Tabul.XXIV. n.3.numum unum, de quo pag. 236. seq. disserit, Morellus profert,quem Punice etiam inscriptum existimat, epigrammate autem adeo depravatum, ut quid ex eo re ipsa eruatur, ne ipse quidem intellexerit, neque conjectura possumus augurari. Ex inscriptis tamen in parte adversa Latinis litteris illud colligimus, numum esse Lucii Bucae nomine signatum, atque a Fulv. Ursino in familia Aemilia & in Julia, sed sua carentem Punica epigraphe exhibitum, edition. Paris. 1663. pag.13. & 124.

Sequitur, ut de Baudeloto de Dairval brevi quoque dicam. Is autem eo in egregio libro, inscripto : = *L'utilité des voyages* &c. edit. Paris. 1693. Tomi 2. in – 12mo; de numis nostris nonnulla in universum erudite disputat Tom.II. pag. 636. seq. Quae porro ad Phoenicias revera illustrandas spectent litteras, quas Samariticis fere similes haud immerito adserit, ne digitulo minimo tangit.

De Gisberto Cupero, viro sane praestantis ingenii & ad omne litteraturae genus nato, quid quoque dicemus? Adeamus ergo ejus *Exercitationem* II. de elephantis *in numis obviis*, cap.VI. *Novi Thesaur. Antiq. Roman.* & *Graec.* Alb.Henr. de Sallengre Tom.III. col.166 – 168. Numum unum C. Julii Caesaris nomine insignitum & alterum in ejus honorem sub Augusto cusum ibidem obtulit, utrumque autem elephantis gradientis iconismo & Punico-Numidicis ex aversa parte notatum litteris, at nihil minus, quam accurate delineatis; adeoque ita, ut nullatenus definiri queant. De quibus numis elephantinis typis conspicuis confer Jo. Christoph. Rasche, *Lexicon universi rei numar.* Tom.II. part.I.pag.571. seqq.Omitto quae de quodam

dem; at qua peritia id studii Phoenicii genus pertractarint, nullum certius indicium est, quam

numo Phoenicio habet Cuperus, *Epistol.* LVIII. ad Otton. Sperlingium: *Utriusque Thesaur. Antiquitt. Roman. & Graec. Nov. Supplement.* Jo. Poleni Vol. IV. col. 174. Quem numum Annibali falso adscriptum fuisse, supra pag. 384. adnotavimus.

Neque in ejus generis epigraphis describendis sese diligentiorem praebet Cuperus in altero numo, *Epistol.* LXI. ad eumdem Sperlingium, loc. cit. col. 185. Qui numus caput nudum & barbatum praefert cum caduceo; in postica vero parte pileum fortasse libertatis, vel infundibulum, ut quibusdam placet, vel potius, ut typus referre videtur, parvum tintinnabulum & quidem corona inclusum laurea cum epigraphe קלל. Quae tamen litterae, quod aenigma contineant, ignorare sese Cuperus profitetur. De qua epigraphe alias.

Quod autem Cl. Cuperus, luculentus caeteroquin antiquitatum indagator, hac in litteratura incerto ac dubio passu semper incessisset, non mirarer; ut qui in Orientalium linguis nullatenus se versatum scribat, *Epistola* ad Cl. Ab. Bignonum. Confer *Lettres de critique, de littérature & d'histoire* &c. *Par feu M. Cuper*, edit. Amstelodam. 1743. capit. VI. pag. 208. Verum, ut vir erat acerrimo ingenio praeditus, de numis duobus Phoeniciis ab Ant. Augustino jam indicatis, judicium recte eum fecisse, ex ejus ad Johan. Clericum epistola, loc. cit. pag. 352. intellexi; & quidem de altero eorumdem numorum multo sanius judicavit ipso Clerico. Is namque *Epistol.* ad Cuperum ibid. pag. 349. seq. in numo eodem, abse Carthagini praeter rem adjudicato, Africam sibi videre commentus est, proboscide & dentibus elephantinis, quasi capitis ornamentis instructam. Phoeniciam autem epigraphen ab Golzio, ab Augustino, ab Aldreto aliisque pessime expressam, videlicet עללחלף *Hal-lehhaluph*,

quod monumentorum illorum, quae vulgarunt, epigrammata, tam oscitanter, tamque perverse

---

ut suam adoptare atque arrogare volens Clericus, eam interpretatur per τὸ *superiorem partem equi*.

At haec & alia, quae brevis esse volens omitto, quippe quia nullo cum fructu, sed frustra ab Clerico afferuntur, ut suam tueatur lectionem, eruditorum profecto movebunt neminem. Nam plane alia atque alia ratione legenda inscriptio est, quae sic habet: = עם המחנות *Aám Hammahhanóth*, i. e. *Populus castrorum*. Quae lectio, eaque una admittenda, altero plenissime firmatur numo, licet ex adversa parte non ejusdem typi, quemque ex Museo Ill. D. Hieronymi Tanini, viri de re numaria optime meriti, mihique amicissimi, in aes incidere curavi, & suo loco proferam. Numus autem ab Clerico perperam lectus, idcirco arbitratu interpretatus, est hujusmodi: = *Caput Proserpinae, vel Cereris, quod quatuor ambiunt Delphini.* ☽☾ *Caput equinum, retro, palma frugifera*; *subtus, indicata epigraphe*. De quo quidem argenteo numo, mirae elegantiae, ad Panormum referendo, & altero, quem Dionysio I., sup. pag. 376. seq. haud immerito adscribendum duxi, verba faciens Ill. Cuperus, loc. cit. pag. 352. seq., etsi Clerici & lectioni & interpretationi adsentiatur; nihilominus utrumque non Carthagini, sed a Carthaginiensibus in Sicilia, vel a Siculis ipsis percussum fuisse, qui illorum parebant imperio, rectissime vidit.

Atque huic nostrae notationi ut modum faciamus, tres alii commemorandi supersunt Antiquarii eadem aetate clari; videlicet J. Nicol. Sponius, Foy-Vaillantius & Laur. Begerus. Sponius quidem, *Recherches curieuses d'Antiquités* pag. 452. 455. 458. seq. 460. seqq. numum Phoenicium ab D. Chaillou sibi transmissum, eumque in Melita insula repertum, primus omnium in lucem emisit; quem Melitensem & ipse D. Chaillou judicarunt. Quamquam numum, cujus ex parte aversa

maximam partem descripta deprehendimus, ut quod ipsa revera significent, non solum summo

---

tres conspiciuntur figurae ad cultum Aegyptium compositae, Collopi, seu Cullu in Numidico sinu, esse tribuendum multa sunt, quae mihi suadeant, & suo loco ostendam. In epigraphe, quam obtulit Sponius, prima littera male omnino delineatur; nam loco τῶ חלל, uti ipse habet, legendum est τὸ קלל.

Venio ad Vaillantium, qui *Seleucidarum Imper.* pag.197.200.240.272.seq. 307.seq. & 332. edit.1681. numos aliquot Phoenicios bilingues a Tyriis & Sidoniis, sub Antiocho IV. & VII. Demetrio I. & II. Alexandro I. & II. signatos exhibuit; quorum nullus est, qui in suis descriptis Phoeniciis non peccet characteribus. Begerus demum, *Thesaur. Brandeburgici selecti* &c. Tom.I. pag.302. bilinguem Regis Jubae I. numum Tristano, Patino, Morello, ipsique Sponio, loc. cit. Dissert.XXIV. pag.364. & in *Miscellan. erudit. Antiquit.* pag.146. aliisque numismaticae rei studiosis satis cognitum, conspiciendum nobis dedit, omni tamen epigrammatis Punico-Numidici explicatione praetermissa. Quod & caeteri Antiquarii, unum Swintonum si demas, fecerunt. De quo Juba & ejus numo, confer Ezech. Spanhemium, *De usu & Praest. num.* Dissert. VIII. pag.540 — 544. = I.C. Rasche, *Lexici univ. rei numar.* Tom.II. part.II. col.1618 — 1020. = Cl. Joseph. Eckhel, *Doctrin. Num. vet.* Vol.IV. part.I. pag. 154. Quam autem parum ipse Begerus, quantumvis eruditus, in hac litteratura Phoenicia exercitatum sese prodiderit, ipse Pellerinius, *Recueil de Médailles de Peuples* &c., uno ab se producto exemplo, Tom.III. pag. 31. comprobavit.

Sed quorsum haec de docto Begero animadverti? Quum ex ipsis Antiquariis singulis, quorum toto hoc paragrapho mentionem feci, nihil colligere liceat, quod rei nostrae bene promovendae atque augendae praesi-

praetermiserint silentio; verum etiam in iisdem proferendis epigraphis ita gesserunt sese, ut nisi ad inscripta accedamus metalla, ne leviter quidem probabili conjectura illud assequi ipsi possimus. Nam eadem aetate Phoeniciae litteraturae quasi

---

dio sit. Quacumque iidem eruditi viri existimatione floruerint; in hoc tamen antiquitatis studio ita sunt versati, ut ex eorum lucubrationibus vix aliqua informari Phoeniciae litteraturae notio possit. At eo nomine erant celebrandi, quod, etsi ejusdem litteraturae adyta nullatenus penetrarunt, ejus inscripta monumenta in publicum edendo, fontes ipsos nobis commonstrarint, ad eosque diligentius investigandos viam primi saltem pararint.

Quamquam, cum eruditissimos homines, eodem proxime elapso saeculo doctrina praestantes animo colligo, unus sese offert, quem tacitus praeterire nolim. Nimirum is Ezech. Spanhemius est, Orientalium litterarum facultate instructus. Anno quidem ineuntis hujusce saeculi decimo morte praeventum, celebritate tamen nominis inter doctos, exacto potissimum saeculo floruisse certum est. Hunc autem litteratissimum virum, cui tot numarias gazas versare contigerat, modo Phoenicio-Punicis illustrandis monumentis, sicuti id statim sibi propositum sedisse scribit, Praefat. ad opus immortale *De praestant. & usu numism.* edit. Londin. Tom. I. pag. 7. seq., sedulam impendisset operam; eorum fortasse multa ex illis, in quibus jamdiu sepulta jacebant, tenebris ab se eruta habuissemus. Atque ita eadem aetas plura, eaque majora de litteratura Phoenicum in lucem protulisset. Consulendum nihilominus quod de numis Phoeniciis, sive Punicis, deque variis litterarum Samaritanarum, vel Phoeniciarum formis universim ille idem disputat, loc. cit. Dissert. II. pag. 76 – 80.

una vigebat ignoratio ; atque ita sane vigebat, ut illorum Antiquariorum nullus eorumdem monumentorum dispulerit obscuritatem.

Omnia igitur doctorum hominum, quorum meminimus, tentamina, in quadam veluti infantia fuere ; digna tamen nobis visa sunt, quae memoriae commendarentur posteritatis. Enim vero, hoc ipsis laudi est, quam industria sua consecuti sunt, quod ad ista inscripta monumenta vel colligenda, vel quoquo modo illustranda conatus penes ipsos fuerit. In quo sane caetera infructuoso conatu, hujus, de qua quaerimus, exoticae nostrae disciplinae quamdam, ut ita loquar, habemus adumbrationem.

Atque hos doctos homines primo loco propterea nominavi, quia Phoenicio-Punicae litterae, multis ab hinc temporibus in obscuritate jacentes maxime, ab illorum autem libris editis primum quasi excitatae, ad eam, sed lentis gradibus, progressionem, qua aetas nostra quodam jure glorietur, aliorum eruditorum virorum singulari industria atque studio accesserit. Quantum vero Phoeniciae eaedem litterae postea profecerint, paullo inferius enarrabo. Prius autem quam id explicem, non alienum esse videtur de aliis doctis Antiquariis viris pauca disserere, qui ineunte totoque etiam progrediente hoc nostro saeculo, hujus litteraturae ex inscriptis, quae supersunt monumentis, sive metallis, sive

lapidibus eruendae, fontes nobis aperire conati sunt. Atque ea ratione, si quid eadem ipsa aetate potissimum fuerit hoc in genere doctrinae ab doctis deinceps pertractatum hominibus, quod ad has litteras ornandas atque amplificandas revera conducat, uno complectemur postremo, qui sequitur, paragrapho.

§. III.

Quorum doctorum hominum hoc nostro saeculo in eodem doctrinae genere versata quoque fuerit industria.

Quid ab Antiquariis doctis vìris toto hoc saeculo nostro, cum in edendis, tum in evolvendis atque illustrandis inscriptis Phoenicum monumentis, expectandum quoque nobis sit, quò harum veteris aevi reliquiarum lux tandem affulserit aliqua; restat, ut paucioribus, quibus poterimus, verbis declarare aggrediamur.

Ut vero distincte, distributeque agamus, rem ipsam jam inde ab ineunte saeculo nostro arcessamus oportet. Atqui horum eruditorum hominum si quem tum reperimus, cujus mentionem principio faciamus, hic Iacobus ille Rhenferdius est, qui in suo *Periculo Phoenicio, sive antiquae litteraturae Phoenicum eruendae speci-*

mine (1), aliquot Phoenicios numos, videlicet Hispano-Punico-Numidico-Siculos interpretan-

(1) Quam commentationem Franekerae 1706. in-4to. editam, inseri curavit Blas. Ugolin. *Thesaur. Antiquitt.* Sacr. Vol.XXIII.col.1377 — 1408 Numi vero, quos explicandos sumit Rhenferdius, Canacenses in primis sunt & Gaditani. In quorum numorum characteribus eruendis, multo sane felicius, quam in Siculo-Numidico-Punicorum litteris definiendis versatus Rhenferdius est. Quid enim ex hisce postremis numis, ad Numidiae, vel Mauritaniae Reges, tum ad Syracusas spectantibus, eorumque Punicis epigraphis ab uno Bernardo Aldrete minus recte descriptis, eoque duce Rhenferdius depromere poterat, nisi puras putas conjecturas, quae quantumvis ingeniosae rem ipsam non modo non explanant, sed potius obscuritatem ac tenebras ei afferunt. Exempli caussa, in Siculo-Phoenicio Dionysii I. numo, de quo supra pag.376.seqq. satis dictum est, ipsius Aldrete scriptioni adhaerens Rhenferdius legit τὸ שרק חדש SyRAK HADAS, i. e. *Syracusa nova*. Est item commentitia, quam loc. cit. *Thesaur. Antiquitt. Sacr.* col.1398. seq. affert alterius numi, in adversa muliebre caput exhibentis, et superius pag. 392. a me indicati, epigraphe. Falsa namque ejusdem numi ab ipso Aldrete producta quoque Phoenicio-Punica inscriptione nequaquam diffidens Rhenferdius, hanc esse legendam commentus est, perinde ac si in ea haberetur τὸ עלל חלם, i. e. ipso interprete, *Praedator equus*. Quae lectio quam sit inepta, non est cur dicam. Et erat ille tamen litterarum Orientalium peritus. Verum Rhenferdio deerant eorumdem numismatum Siculo-Numidico-Punicorum archetypa, aut saltem apographa accuratius descripta. Quae si ad manus ipsi fuissent; ne dubium quidem est, quin id genus numos opportunius explicasset atque commodius.

Quantum vero ad harum litterarum genuinam

dos suscepit. In quibus enucleandis, si unum aut alterum demas, utile quidem tentavit studium sed

---

lectionem dignoscendam valeant accurate atque emendate expressae ejus generis numorum epigraphae, ex duobus alteris Hispano-Bastulo-Phoeniciis, quos Rhenferdus loc. cit. col.1380. profert numis, & Canacensi urbi ad Anae ostia in Turditanis sitae, recte attribuit, facile patet. Cujus quidem urbis nullus tam veterum, quam recentiorum Geographorum meminit, praeter Ptolemaeum, qui eam ad latitudinis gradus 4.20., longitudinis 38. o. ponit, *Geograph.* lib.II. cap.IV pag.36. In quibus porro numis resolvendis si qui operam deinceps locarunt, unius Rhenferdii industriae potissimum eos debuisse existimarem. Uterque autem numus in adversa sistit *caput Herculis*, *leonis exuviis tectum*, *& retro, clava*. ☽☾ *Pisces comparent duo*, seu *thunni*, *quos inter ipsa epigraphes* תבעל קנק, *Tibaál Kanak*, i.e. *Dominabitur Kanaca*, sive *Canaca*, uti ego ipse interpretor. Canacenses vero, quorum tunc temporis Carthaginienses urbem tenebant, hanc in suo numo epigraphen usurpasse, ad victoriae alicujus ex hoste relatae memoriam & erga Herculem, Deum tutelarem suum pietatis testificationem, probabile est.

Illud praeterea observatu non plane indignum, quod, quemadmodum in Gaditanis numis, ita in uno duorum Canacensium, quos *Tabul. numorum Phoenicio-Punicorum* n.5. & 6. ex Museo Borgiano exhibebimus, loco stellae insculpta habetur littera ק *Qoph*, qua nota Carthaginiensem in urbe dominatum indicari censerem. Cl.Bayerius, loco paullo ante cit.pag. 371. eorumdem numorum typos varios protulit quidem, sed nullum illa signatum nota.

Rhenferdium ipsum ego quidem video, epigraphes litterarum potestatem caeteroquin recte definientem, haud parum tamen incertum, quid sit τὸ תבעל, quod interpretatur TOBHOL, TOBHOLicum, loc.cit. col.

inutiliter. Eo tamen nomine celebrandum Rhenferdium existimo, quod ad numos duos uni Ca-

1392.; in quo nihilominus barbaro vocabulo, aerariorum & ferrariorum, immo metallicorum omnium Principem *Vulcanum*, sive *Tubalkainum*, Genes. IV. 22. sese deprehendisse opinatur. Sed hanc conjecturam quam maxime infirmam atque inanem null iusque idcirco omnino ponderis, ipsi Rhenferdio reli nquamus. Illud satis nobis sit, eo facem praeferente, per se obscuri epigrammatis & veram litterarum potestatem & urbem veterem Canacensem,hodie *Guadi-Anam*, in voce קנק KaNaK dignoscere, & quantum ego judico, sine ullo erroris discrimine nos posse. Qua sane re de hac litteratura bene meritus Rhenferdius est. Majorem profecto ab harum litterarum studiosis gratiam iniisset; si modo tum in aliquot numorum Phoenicio-Punicis enodandis characteribus, tum in eorumdem diagrammate ab se delineato (vide supra pag.348. 358. & seq.) tantam industriam posuisset quanta in τῷ קנק, felici conjectura eruendo fuit. Sed Rhenferdius, quantumvis hisce Orientalibus doctus disciplinis, quid ex hujusmodi monumentis indocta manu sibi descriptis, eruere ipse poterat, nisi harum litterarum alphabetum, nullo absolutum numero, & illorum epigraphis enucleandis nihil nisi ab archetyporum fide plane alienum? Quamquam & illud non tacendum, toto ineunte nostro atque etiam progrediente saeculo, hoc in studii genere, non dicam superiorem Rhenferdium habuisse, sed & ipsum aequasse.

Scio, Cl. viros Velazquezium, *Ensayo* pag.154. seqq. & Perezium-Bayerium, *De la lengua de los Fenices* pag.371. seq.,in priori epigraphes Canacensis vocabulo resolvendo, non solum inter se dissentire, verum etiam ab Rhenferdio discrepare. Alter enim legit: = הבעל קנק HEBaHaL KaNaK, i. e. *Dominator*

nacensi civitati, neque injuria tribuendos tantam attulerit industriam, quantam nemo alius

---

Kanacae; Hercules scilicet, in cujus tutela haec erat Hispaniensis civitas. Eodem Velazquesio judice, legi etiam potest τὸ הבעלת קנק HEBAHALAT KANAK, unius nempe litterae additione; quod esset = *Gubernatio*, *administratio*, seu *Municipium* ejusdem Canacensis urbis. Alter vero utramque hanc nullatenus probans lectionem, in vicem substituendum retur τὸ מפעל קנק MIPHAL KANAK, i. e. *Opus*, sive, ait ille, *Obra*, *Fabrica* (esto es *moneda*) *de Kanaca*. Haec Cl. Bayerus loc. cit. pag. 372.

Absit autem verbo invidia si dixero, horum doctorum hominum, a quibus semper invitus dissentiam, neutrum rem plane attigisse. Verum enim vero utrique eorum lectioni omnino refragatur prioris ejusdem Punicae litterae decussatae X, nempe ת *Tav*, ratio atque potestas. Nam neque cum τῷ מ *Mem*, Phoenicio-Samaritico ࠌ, neque cum τῷ ה *He*, vel ࠄ, componi ullo modo potest. De qua decussata littera *Tav*, vide supra pag. 358. Ergo unum retinendum τὸ תבעל, sicuti Rhenferdius aptissime posuerat; qui tamen in describendo τῷ אגדר, & הגדר, ut unus & alter Gaditanus praefert numus, de quo paullo infra, maxime erravit, primum pro τῷ ו *Vau*, usurpans elementum.

Quod vero secundam Canacensis epigraphes spectat litteram Punicam ȷ, quae τῷ פ *Phe*, aut *Pe* vicem gerere censet Cl. Bayerius, vehementer dubito, an aliquo id genus inscripto monumento illud unquam dilucide comprobetur. At enim ex numis tribus Musei Borgiani, quos inferius producam, sive Lepti in Africa, sive Regi Bocho, quod verisimilius est, adjudicandis, planissime efficitur, idem ipsum elementum ȷ *Beth*, cum τὸ *Pe*, quacumque tandem forma varia in aliis compareat Punico-Phoeniciis epigraphis, com-

ante ipsum. Atque haud scio, an vehementer errem; nihilominus equidem vereor, ut erudi-

---

poni difficilissime posse. Nam unanimi Antiquariorum consensu, neque ipso Bayerio repugnante, loc. cit. pag. 369, secunda numis iisdem inscripta littera pro τῶ ב *Beth*, perpetuo habetur. Nisi quis fortasse mihi opponat quod de charactere Hispano-Bastulo-Phoenicio) *Phe*, vel *Pe*, in Asidensibus numis obvio, pag. 349. ipse adnotavi. Quae quidem littera, etsi ad superioris Canacensis formam paullulum declinare videatur; quantum tamen utraque plus minusve arcuatim producta inter se differat, mihi satis videre videor. Utcumque vero illud etiam sit; jam demonstrato, quod primum Canacensis inscriptionis elementum nulla prorsus alia, quam τῶ ת *Tav*, seu X, crucem referentis decussatam, gaudere potestate valeat; quid Cl. ipse Bayerius hinc expiscatus fuisset? Habuisset utique lectionem תפעל *Tipaál*, *Operabitur*, *faciet* &c. At quid inde caeteris epigraphes litteris bene illustrandis lucis affulgeret?

Quod porro de Canacensi epigraphe constituendum mihi visum est, illud item de aliquot Gaditanis numis arbitror tenendum, in quibus apertissime legitur: מבעל אגדר = *Mebaál Agadir*, i.e. *Dominans*, seu *Dominator Gadium*, Quae quidem interpretandae epigraphes ratio ex aliis Gaditanis numis Latine inscriptis, PARENS MUNICI GA., hoc est, *Parens municipii Gadium*, optime firmatur. Quod ad *Herculem Gaditanum*, uti nonnulli etiam signantur numi, esse referendum evidenter liquet,

Hac vero Epigraphe Phoenicio-Punica, quantum Gaditani urbis suae conditorem Herculem ipsum, cujus templum sane sanctum apud eos & religiosum, observarent, aut *Domini*, aut *Dominatoris*, sive *Parentis* nomine in monumentis suis eum celebrantes, palam ipsi significabant. De quibus Gaditanis numis

tissimis etiam Antiquariis, qui eorumdem numismatum Hispano-Phoenicio-Punicorum epigra-

---

ne longior sim, hoc breve dicam: in iis, quos mihi videre contigit, praesertim tribus (*Musei Borgiani Tabul. numor. Phoen. Punic.* n. VI. VII. VIII.) tum aliis tribus varii moduli, & integerrimis, qui ex Ill. Baronis Alex. Recupero penu, ad manus mihi sunt, Herculis imberbe caput exhiberi leonis tectum exuviis, modo cum clava, vel ante, modo absque eodem symbolo. In postica visuntur pisces, sive thunni, modo unus, modo duo; quos inter hinc semiluna, & illinc littera ק *Qoph*; supra vero & infra, ipsa illa, quam expressi, epigraphe. Atqui hac una littera ק, Carthaginienses Herculi quoque impense servientes, tuncque aetatis Gadium dominos, indicari, eosque & ipsos Gaditanos eidem numini id genus numos communi consensu consecrasse existimarem. De quorum numorum variis ectypis magna fide descriptis, confer Cl. Perezium Bayerium, loc. cit. pag. 373.

Ac quod τὸ מבעל *Mibaál, Dominans*, seu *Dominator*, vel etiam *Dominus*, hoc ipso sensu, quo illud accepi, intelligi prorsus debeat, atque intellexerunt & Velazquez loc. cit. pag. 151. seq., & Cl. Dutensius, *Explication de quelques Médailles Grecq. & Phénicien.* Dissert. II. pag. 153., non est cur eadem lectione tuenda amplius immorer.

At Cl. Perezius-Bayerius, loc. cit. & pag. 374. vir quidem excellenti ingenio, sed ea opinione imbutus secundam litteram pro τῷ פ *Ph*, esse usurpandam, epigraphen interpretatur, uti in Canacensi, videlicet *Opus*, sive *moneta Gadium*. Quam vellem equidem doctissimo Hispano, qui in hoc litteraturae genere tantum valuit, ingeniosae me assentiri conjecturae posse! Verum quae de numis sive Lepti, sive Bocho tributis, paullo superius animadverti, impedimento vel maxime sunt, quo minus Cl. Perezii-Bayerii

phas eruere aggressi sunt, res felicius processerit. De numis quidem Gaditanis non video tamen quid

expositioni assentiam. Attamen illud erudito viro lubens dabo & dandum puto, quod in alterius Gaditani numi n. III. loc.cit., communi Herculis capitis typo signati, ex parte vero aversa piscem, seu delphinum, tridenti implexum offerentis, exponenda Phoenicio-Punica epigraphe ipsum haud vulgarem ostendisse industriam. Numo namque inscriptas has litteras felicissima legit conjectura = מהלם אגדר *Mahalám Agadir*. Voce desumpta ex τῷ הלם *Halám*, *Contudit*, *obtudit*, *fregit*, *quassavit malleo*, vel *incude*, res ipsa eo revolvitur, ut sit typo ferire, sive aes, sive argentum. Τὸ igitur מהלם nihil aliud erit, quam *Percussio mallei*, seu *proprii numismatis percussura*, qua ejus typus formatur, quem nos *Coin* dicimus, Hispani *Golpe*, vel *Cuño*; idcirco opus percussione mallei obsignatum, uti Cl. vir exemplis in sacris voluminibus obviis bene demonstrat pag. 374. Numus igitur est *Opus* seu *fabrica*, aut *moneta Gadium*. Sed de Cl. Bayerio alias.

Ante vero quam Gaditanos dimittamus numos, non praetermittenda silentio est Cl. Joh. Davidis Michaelis de una eorum epigraphe plane singularis, quam excogitavit, conjectura. Sermonem autem de τῷ בעל, seu *Hercule Phoenicum*, instituens, *Supplement. ad Lexica Hebr.* voce ead. part. I. pag. 195., haec habet: „In duobus quidem nummis litteris Phoenicum inscriptis, quos *Dutens* aere excudi fecit (loc.cit. Tab. II. n. 9. 10. Dissert. II. pag. 153. seq.) vultum Herculis agnosco, inque alterius altero latere, pisces cum inscriptione superna מבעל, inferne אגדר. Prius a Dutensio male pro participio habitum, equidem legerim מ" בעל, i.e. מלך בעל, *Rex Baal*, posterius aut Gadarae nomen est, praemisso Aleph prosthetico, aut compendium scriptionis pro אי גדר, *Insula Ga-*

Cc 2

Rhenferdius adtulerit novi, quod ab aliis doctis hominibus hac in litteratura versatis, antea non fuisset repertum. Quamvis non sine aliquo erro-

dara. Vide Bibliothecam Or. T. x. pag. 135. 136. „ Haec ille.

Sed in τῷ מבעל, quippe ab dialectus Hebraeo-Phoenicio-Punicae analogia non modo nullatenus absono, verum etiam ad ipsam maxime accommodato, nihii immutandum arbitror, neque ad scriptionis compendium recurrendum. Mirari autem subit, virum in Hebraicis tam multum versatum, in τῷ אגדר non vidisse, suam prostheticam, seu litteram principio ejusdem vocis additam, loco esse τοῦ ה *He*, nempe הגדר, uti in alteris Gaditanis a Cl. Bayerio loc. cit. pag. 373. n. IV. & V. productis numis legitur. Quae duae litterae, scilicet א & ה facile inter se permutantur. Mirum, inquam, hac in voce illum non animadvertisse nominis constructi enallagen cum absoluto nomine. Cujus sane enallages exempla in sacris Hebraicis voluminibus certe obvia, Gaditanae epigraphes grammaticam rationem satis superque comprobant atque demonstrant. Nomini quidem constructo, ut Grammaticorum verbis utar, τὸ ה articulus non additur, neque nomini proprio, neque nomini cum affixo. Verumtamen legimus Exod. XXII. 7. בעל הבית, *Dominus domus* (Pater familias) = Reg. XVII. 7. בעלת הבית, *Domina domus* (Mater familias) = Genes. II. 19. ועץ הדעת טוב ורע, *Arbor scientiae boni & mali*. = ibidem XXXVII. 19. בעל החלמות, *Dominus somniorum* (Somniator) = Ezech. XXVIII. ארץ המגוג, *Terra Magog*; & alibi. Quod si haec scribendi ratio ad Hebraici sermonis analogiam apte accommodatur, nulla erit caussa, quamobrem illam ab peculiari Phoenicum orthographia repetendam cum Cl. Bayerio loc. cit. pag. 374. seq. existimemus.

re, & Rhenferdius ipse & qui in eorumdem numorum litteris enodandis Phoenicio-Punicis studium jam posuissent, rem consecuti minus feliciter fuerint. Quaecumque ratio suscipiatur ad ejus generis epigraphas explicandas, vana erit atque inutilis; nisi inscriptis ipsis metallis, ut ita dicam, assuescamus, vel saltem eorum ectypa, eaque fidissima descripta manu, nobis sint in promptu. Quae certe industriae subsidia Rhenferdium sibi semper comparasse; utrumque hujus docti viri non *Phoenicium* modo, sed etiam *Palmyrenum Periculum* secus omnino demonstrant. Sed de Rhenferdio hactenus.

Rhenferdio aetate proximi fuere Joh. Clericus (1) ac Nicolaus Haym, Romanus (2). Pro-

(1) Quid de hujus docti viri, cujus superius pag. 261. seqq. memini, in rem litterariam Phoenicum habeam dicere, paucis absolvam. Eo vel maxime quod nihil ferme reperiam, quod in Antiquariorum, in quos inquirimus, numerum referre vix ipse mereatur. De Hebraicis rebus multa quidem edidit Clericus. In iis tamen monumentis, quae vel recensuit, Phoenicio-Punicis, *Bibliothéque choisie* Tom. XI. art. II. pag. 104 — 133., vel protulit; res haud multum bene ei cessit. Gaditano namque uno & Canacensibus quatuor, ibid. Tab. n. 1. 3. 4. 5. & 6. exceptis, tam infelici conjectura reliqua explicantur, quisquis tandem eorum sit interpres, ut inde nulla ad Phoenicum litteras accedere lux queat. Vide supra pag. 359. & 391. seq.

(2) Confer ejusdem eruditum opus, Italice inscriptum: ☧ *Del Tesoro Britannico, parte I., overo*

grediente autem in primis eodem saeculo inscriptis Phoenicum monumentis, sive metallis, si-

il Museo nummario, ove si contengono le medaglie Greche, Latine in ogni metallo, e forma &c., *in Londra* 1719. — *Parte* II. ibid. 1720. Voll. 2. in — 4to. Partem I. Latine interpretatus est Aloysius comes Cristiani, Mediolanensis, eaque prodiit Vindobonae 1763. in — 4to. min.; posterior vero, interprete Josepho Khell, s.j., ibidem vulgata fuit an. 1765. item in — 4to. sed paullo majori forma. Parte autem I. hujusce Thesauri Tabul. x. n. 2. 8. 9. 10. & 11. = xi. n. 1. proferuntur numi, singuli Phoeniciis inscripti litteris. Secundum bilinguem in honorem Demetrii, Syriae Regis, procusum a Sidoniis fuisse, ex Graeca & Phoenicia epigraphe discimus. Demetrio quidem III. numum cum D. Massonio adjudicandum contendit Haymus pag. 106., quem tamen ejus nominis I., Syriae Regi, adtribuit Erasm. Froelich, *Annal. Compend. Regum & Rerum Syr.* edit. Viennens. 1754. pag. 37. Ut ut sit; iidem numi ab Haymo ibid producti, quum minus diligenter expressas suas praeferant epigraphas, de quibus, nisi accuratissime delineantur, errantem semper & vagam habebimus sententiam; quid Cl. Romanus adtulerit loc. cit. & pag. 110-112., quod nobis magno sit adjumento ad hanc litteraturam assequendam, nemo non intelligit. In iis namque epigraphis explicandis nullam Haymus omnino locavit operam; Ill. vero ejus interpres Comes Cristiani id satis habuit ad Cl. Barthelemyi de hoc argumento lucubrationes aliquot nos remittere, de quibus suo dicemus loco.

Quos praeterea alteros duos Haymus in lucem emisit numos Tabul. XIII. n. 8. & 9. minus quidem indiligenter descripsit. Atque priorem argenteum in antica caput barbatum, galea elegantissima tectum exprimentem, Fulvium & alios sequutus, Annibali praepostere adjudicavit; alterum vero, caput in posti-

ve lapidibus, vel in manus hominum emittendis, vel quoquo modo explanandis, non defuere eruditi viri, qui se dederint. Hos inter eminent Claud. Gros de Boze, Nicol. Mahudel, Joseph. Claud. Guyot de Marne, Rodulphin. Venuti, Scipio Maffeius, Blas. Anton. Nassarre, Mich. Fourmont, Erasm. Froelich, Richard. Pocock, Francisc. Wise. Immo vero neminem ferme Antiquariorum tunc aetatis, nostra quoque memoria, reperire est, quin numismatum amplas Sylloges suas Phoenicio-Punicis numis plus minusve ornandas censuerit.

Sed quid ego hos postremos, de republica litteraria caeteroquin bene meritos, Antiquarios morarer? ut Joh. Jacob. Gessnerum, Jacob. de Bary Thomam Pembrochiae & Montis Gomerici Comitem, Honorium Arigoni, Henric. Florez, Catalogi numismatum D. D'Ennery editorem, tum etiam Carolum Combe (1) & alios. Nam si

ca exhibentem muliebre obversum, passis capillis, atque collo ornamentis quibusdam instructo, Didoni, quae Carthaginem condidit, tribuendum censuit, infirmo sane argumento. De quo numo Annibali, ut supra pag. 384. ajebam, alias. Posteriorem quoque numum n. 9., neque ei adsimilem, quem ediderat Gilbert. Cuperus, quemadmodum superius pag. 391. adnotavi, cuidam legato, aut duci Carthaginiensium competere, sola opinione Haymus putat pag. 152. seq. In qua sane conjectura quae vis inesse possit, ex ipsius Phoeniciae epigraphes declaratione nos edocere ipse debuisset. Quae tamen epigraphe secus omnino statuit. De Haymo autem jam satis superque dixi.

(1) Quantum iidem, quos postremo nominavi

isto modo volumus eruditos quosque viros, qui hujusmodi numos publicavere, persequi, non so-

---

loco, Antiquarii in suis numorum Syllogis ad hanc litteraturae partem, quae est Phoeniciorum, illustrandam atque ornandam industriae quoque adtulerint, ut appareat; singulos paucis comprehendam hac altera adnotatione.

Ac quid Gessnerus ipse hac in re litteraria nobis adjumento fuerit, est declarandum. Conferamus igitur hujus Antiquarii Syllogen ab se inscriptam: = *Numismata Graeca Syriae, Aegypti & Arsacidarum . . . Tabulis aeneis repraesentata*. Tiguri 1738. in — fol. Tabul.II.n.12.19.23.= III.n.2.27. = IV.n.9.10.16. 22. = V.n.8.9.=IX. n.1.2.25.-28.Nullam horum numorum ibidem profert epigraphen, quae in suis non sit vitiata Phoeniciis litteris. Adeamus alteram primam ejusdem Syllogen,seu *Numismata Graeca Siciliae, Judaeae, minorum gentium & virorum illustrium*, iisd. typis & anno, Tab.II. n.27.; tum & tertiam,seu *Numismata Regum Siciliae* &c. Tabul. II. 29. & 30. = IV. n.30. Consulamus denique ejusd. *Numismata antiqua populorum & urbium*, Tab.XLV. n.8.= LIII. n.9--16. 18 -- 22.26. 28. = LIV. n. 9 -- 13. 22. -- 24. 26. 27. Atqui in iis quoque singulis nobis describendis numorum Phoenicio-Punicis epigraphis, tot propemodum commisit peccata, quot eorum ectypa protulit. Nam Goltzium modo, modo Parutam, Vaillantium, Haymum aliosque,qui id genus numos collegere, quasi coeco impetu sequutus, ab omnique Phoenicia imparatus litteratura, fontes eius nobis commonstravit quidem Gessnerus; at ea ratione, ut ex hoc suo indefesso planeque Herculeo labore pauca admodum depromere liceat, quae ad rem nostram atque ad usum earumdem litterarum commode transferamus.

De Jacobo de Bary, qui sequitur, nunc videamus. Quantamcumque ego diligentiam, non mini-

lum quaerendi, sed ne scribendi finem reperiemus. Quare omitto caeteros, si qui fuere, & sunt

---

mam sane in singulis fere Urbis, aliisque eruditorum virorum bibliothecis perquirendis, adhibuerim; Jacobi de Bary *Catalogi Numismatum antiquornm ex auro, argento & aere. Amstelodami* an. 1730. in-4to. publicati, evolvendi ulla unquam mihi data facultas fuit. Quid igitur de Cl. viri in argumento nostro illustrando conatibus, si qui fuerint, in ore tamen doctorum multorum hominum magna cum laude versatis, dicemus? Innumera omnis generis numismata, non pauca autem hujusce loci nostri propria, congesserat Jac. de Bary, dum Consulis nomine res mercatorum Batavorum Hispali annos viginti curabat. De cujus numorum Phoenicio-Punicorum Sylloge confer *Cll. Belgarum ad Anton. Magliabechium, nonnullosque alios epistolas,* edit. Florentiae 1745. Tom. I. pag. 100. 107. 117. Tom. II. pag. 219. = *Commercii epistolaris Uffenbachiani selecta, variis observationibus a J. Georg. Schelhornio illustrata*, part. I. pag. 160. seq. = *Museum Helveticum*, Particul. XXI. pag. 565. seq.

Jac. vero de Bary in numismata praesertim Punica commentarios editurum sese, etiam promisisse, auctor in primis est Jacob. Rhenferdius, *Periculi Phoenicii* §. V.; *Thesaur. Antiquitt. Sacr.* Blas. Ugolin. Vol. XXVIII. col. 1379. Sed fidem unquam liberasse suam, non committam, ut existimem. Inter Codices quidem manu exaratos celeberrimae Bibliothecae Zaluscianae exstare *Explication des Médailles Phéniciennes, qui sont dans le Cabinet de M. de Barry, ci-devant Consul de Hollande à Seville*, equidem intelligo. Hujus quoque codicis meminit Schelhornius, loc. ante cit. part. III. pag. 117. not. p; esseque codicem in optima charta, manu elegantissima descriptum, numorumque typis, calamo pulcherrimo expressis condecoratum, ille ipse, praeeunte Jo. Dan. Andrea Janozki, qui ejusdem bibliothe-

revera,quos colligere ac percensere velle, & longum esset, nec minus infructuosus labor, quam

---

cae codicum Mss. specimen exhibuit, ibidem testatur. At studium suum & operam in eamdem numismatum explanationem Jac. Baryum contulisse, quocumque modo illustrata fuerint, multa sunt quae me inducant, ut secus arbitrer. Curasse tamen ut illustrarentur, non repugno. Nihil enim, quod equidem sciam, praeter unam, aut alteram epistolam, tum numorum suorum catalogum, ante recensitum, at omni expositionis ornatu nudum, erudito orbi copiam is ille fecit.

De J. ergo de Bary, hominis rei numariae peritia quantumvis celebris, conatibus, quae mihi dicenda sint, brevi absolvam. Quî possit ignarus Hebraicae linguae ea scriptis suis fideliter exponere, quae ad rem literariam pertinent Phoeniciorum, quorum sermonem cum Hebraica ipsa lingua tanta affinitate conjunctum ignorat; aut epigraphas scribendo studiose referre, qui litterarum, quibus exaratae sunt, veram ac genuinam potestatem nesciat? *Pour moi sans savoir ni Hébreu, ni Arabe*, ajebat ille in Epistola ad Hadr. Relandum, *Palaestin. Sacr.* ejusd.Reland. lib. III. edit.Trajecti ad Rhen.1714. pag. 940., & apud Blas. Ugolin. loc. supra cit. vol.VI. col. 399. Adi sis etiam Perezium-Bayerium, *Del Alfabeto y Lengua de los Fenices* pag. 368. Quo quidem postremo loco, quam parum in hocce exotici studii genere Jac. de Bary valeret, Cl. Hispanus paucis ostendit. Non est igitur, quare ab ejus supra indicato catalogo, quantumlibet ad Phoenicio-Punicos dignoscendos numos utili, magna expectemus, quae litteraturae nostrae fontes reipsa aperiant.

Ad Cl.Anglum igitur venio, cujus est Sylloge, quae inscribitur: = *Numismata antiqua in tres partes divisa collegit olim & aeri incidi curavit Thomas Pembrochiae & Montis Gomerici Comes. Praelo demum mandabantur A. D.* 1746. in – 4to. maj.

molestiae plenus. Quum autem in aliis, quas evolverim, Antiquariorum ejusdem aetatis Syl-

---

Egregia sane Sylloge. In iis tamen, quae litteraturae, quam tractamus, singularia ac propria sunt, & in quibus describendis summa cura esse debebat, atque studium, majorem equidem a Cl. editore diligentiam desiderarem. Nam part.I. Tabul. I. n. I. numum Etruscis, aut Oscis signatum litteris, principio nobis offert, quem Carthaginiensem male statuit; quod rursum part. II. Tab. 87. n.I. ille idem affirmat. Quo errore etiam labitur ibid.Tab.88. n.3. numum alterum Punicis accensens, quem Osce item inscriptum Teani in Campania cusum, recte ostendit Cl.Joseph.Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part.I. vol. I. pag. 117. seq., eoque idicirco nomine auctorem musei Pembrochiani haud immerito castigat, *Num.veter.anecdot.* part.I.pag. 21.Confer ibid.Tab.II. n.8. Quo spectat idem numus a Dutensio post editus, *Explication de quelques médailles Grecq. & Phénic.* Dissert.III. Tab.II. n.9. pag.222., in cujus antica, *caput Herculis imberbe, exuviis leonis tectum, pone quod cornucopiae.* ☽☾ *Victoria trigam agens; subtus,* TIANUR *litteris Oscis & ordine retrogrado.*

Mitto duos aut tres numos Punico-Numidicos bilingues, singulos ejusdem typi, part.I. Tab. XI. n. 5. & part.II. Tab.74. n.2.3. Jubae seniori jure adscriptos. Quae vero deinceps part. ead. II. Tab. 75. n. 6. 7. 8. & 9. proferuntur numismata, Phoeniciis potius erant annumeranda, quam ad Lydorum gentem & Medorum & Parthorum atque Persarum remittenda; sicuti Cl. editor fecit, at sine ratione, & secus atque litterarum aliquot Phoeniciarum bene expressa vestigia, ut 𐤌 *Mem*, (modo hisce ectypis habenda fides sit) clare commonstrant. Qui denique Tab. 87. ejusd. part.II. ad Tab.89. repraesentantur numi, quique PUNICI inscribuntur, paucis eorum exceptis ad classem alteram

logis, nihil mihi ex usu esse, neque ex eorum lucubrationibus in Phoenicias litteras proficisci

omnino referendis, partim Phoenicii in Sicilia & Cilicia procusi, partim veterum Hispanorum dicendi sunt. Ad siculos quoque Carthaginienses pertinere arbitror numos, qui Tab. ead. 90. exhibentur. Quoniam vero Phoenicio-Punicae litterae, quas Cl. editor aere incidi curavit, nihil minus, quam fida manu delineantur; quid demum ex hujusmodi Pembrochianis numorum ectypis Phoeniciae rei litterariae assequendae veri accedat commodi, perspici facillimè potest.

Et quoniam ita traxit ejusdem fere aetatis Antiquariorum commemoratio, ut ad alterum nempe Honorium Arigoni, Venetum, quem quarto loco supra nominabam, pervenerim; qua diligentia, quo studio hoc genus metallorum, de quibus loquimur, ille idem tractaverit, ex illa intelligi potest Sylloge quam inscripsit: = *Numismata quaedam cujuscumque formae & metalli Musei Honorii Arigoni ...ad usum juventutis rei nummariae studiosae.* Tarvisii 1741 — 1745. Tom. 3. in-fol. Atque in Phoenicio-Punicos numos ex suo Museo ab se vulgatos, ad extremum autem Tomum tertium Tabul. I. II. III. = V. n. 15. 16. = VIII. n. 2. - 7. attente intuenti, caeteris doctis hominibus, qui hanc eamdem spartam ante navassent, multo diligentior atque accuratior certe mihi visus Arigonius est. Nam tametsi hic ipse numos suos nulla prorsus explanatione illustret; tamen ille est, fere unus ejusdem progredientis saeculi nostri, qui horum metallorum scripturae rationem ad eorum archetypa universim eo expressit modo, ut cuinam aut regioni, aut urbi eorumdem plerique sint accensendi, haud multum difficili negotio consequamur. Etenim horum alteri Maratho in Sicilia, Antiochiae, Sidoni, Mariamae in Syria; alteri Gadibus & Cossurae sunt adjudicandi. De quibus consulendus praesertim Cl. Lud. Dutens

aliquid commodi posse intellexissem; his consulto praetermissis, ad illas tantum doctorum vi-

loc.cit.Dissert.II.pag.147.seqq.Tab.II.n.5-8.Numos autem, qui Tab. II. n.14. = III. n.20. 21. & 22. litteras tres קלל inscriptas prae se ferunt ad COLLOPEM, seu CULLU, uti supra pag. 393. adnotabam, esse referendos, suo loco rursum dicam.

Est alter numus ibidem Tab.II. n. 16. recensitus; in adversa Cererem, in antica spicas tres ostentans, duabus tantum initialibus notatus litteris videlicet 𐤌𐤂, seu מג, *Mem* & *Ghimel*. Quas litteras, quantum quidem de Arigonii in iis ex metallo suo describendis fide nobis constat, τȣ̃ MEGARAE, veteris urbis in Sicilia, nominis initiales esse, ut cum maxime adducor ad credendum. Nam praterquam quod ejusmodi compendiaria scribendi ratio in numis quamplurimis & Graecis & Latinis immo & Phoeniciis frequenter occurrit, ipsius numi fabrica primo quasi intuitu patriam manifestat Siculam, eumque a Megarensibus, dum illa in civitate Carthaginienses rerum potirentur, procusum evincit.

Jam ergo ad alterum, ut ante pollicebar, cujus quinto loco memini, Antiquarium descendo, Cl. nempe virum Henr. Florez. De quo sane erudito Hispano cum supra pag. 346. seqq. 359. seq. 361 – 369. disseruerim & satis copiose, brevibus rem nunc conficiam. In id genus litteris metallis generatim producendis Cl. viri operam atque sedulitatem laudare possum. In quo tamen suo pertractando argumento sic versatur Florezius, nihil ut in eo inesse videatur vel ad docendum Phoeniciarum litterarum scientiae, vel ad eas juvandas industriae. Quae de Phoenicio-Hispano-Punicis numis ipse scripsit, longe profecto diligentius mandare litteris potuisset atque enucleatius; modo, uti suo loco aiebam, Lud. Joseph. Velazquez eruditam Hispanicam eadem de re paullum evol-

rorum tractationes, quas in adnotationibus recenseo, animum attendere satis esse duxi; ut qui-

---

visset lucubrationem, de qua superius multa dixi. Si quid autem accurati de uno aut altero ejus generis numismate Cl. Florezius demum disputavit, illud omne ex Franc-Perezii-Bayerii, popularis sui, disciplina hausit. Sed non est necesse, ut de numorum Hispaniensium doctissimo editore atque illustratore Florezio plura, quae rem Phoenicum litterariam spectarent, heic congeram.

Nunc quoque illa Phoenicio-Punice inscripta metalla taciti non praetereamus, quae in egregiis numorum Syllogis Cll. editores, quos extremum nominavi, nobis suppeditarunt atque recensenda sibi susceperunt. Quid vero ex ejusdem generis numismatibus colligatur, quod Phoeniciae litterariae rei amplificandae atque augendae opem tulerit, paucis expendamus. Atque quod Cl. editorem spectat operis, seu *Catalogue des médailles antiques & modernes, principalement des inédites & des rares en or, en argent, en bronze, &c. du Cabinet de m. D'Ennery Ecuyer. A Paris* 1788. in 4to., de Phoenicio-Punicorum numorum, quos pag. 103. 110 — 118. sigillatim recenset, typis explicandis; quanto diligentiorem, eo minus in eorum exoticis aut distincte exprimendis, aut interpretandis epigraphis sollicitum video. Nullo ergo apud hunc doctum Gallum Catalogi Musei Enneryani editorem Phoeniciarum litterarum eruditio; nec ullum prorsus lumen hujusce litteraturae, quam vel ignorasse videtur, vel non potuisse exponere, brevitate temporis aliisque difficultatibus impeditus. Nam in hoc catalogo conficiendo ne vix quidem sibi datum otii fuisse, ipse scribit *Praefat.* pag. XI., quò eruditis faceret satis. Illud quoque accedit incommodi, quod numorum iconismi omnino omittuntur, quamvis eorum typi, uno excepto pag. 103., erudite atque accurate recenseantur.

bus oculis hujusce nostrae litteraturae fontes viderint, ego ipse ostenderem.

Ad egregiam vero alteram Syllogen, demum convertamus nos, eamque inscriptam: =*Nummorum veterum populorum qui in Museo Gulielmi Hunter asservantur, descriptio figuris illustrata. Opera & studio Caroli Combe, S. R. & S. A. Lond. Soc. Lontini* 1782. in — 4to. maj.

Ingens sane hac in Sylloge numorum copia, iique alphabetico primum digesti ordine, docte atque erudite ab Cl. Combio recensentur. Et si qui sunt vel non editi, vel male editi, hos singulos ordine eodem deinceps retento, Tabulis LXII. diligentissime aere incidi curavit Musei possessor, ipse Hunterus. Notas autem & Monogrammata in numis obvia, tum litteras & incriptiones in Phoeniciis aliquot numis occurrentes, tribus aliis Tabulis complexus est, in totidemque tabulas rejectis numis incertis. At quantacumque sit haec numorum suppellex, paucissimi tamen iisdem aeneis Tabulis descripti reperiuntur, qui sunt Phoeniciorum. Ad hanc namque classem tantum pertinent tres numi Aradi insulae, Tabul. VI. n. 21. 22. 23.; unus Beryti, Tab. XIII. n. 1., cujus Phoenicia epigraphe (Tab. LXV. inscript.) vel male lecta, vel in ipso numo primis suis exesa litteris, mendose descripta sic exhibetur, ut quid significet haud facile assequamur. Tres praeterea comparent numi, quorum duo Sidonis, Tab. XLIX. n. 11. 12., alter Tyri, Tab. LXI. n. 13. Phoenicias vero aliquot epigraphas & notas numerales Tabul. eadem LXV. repraesentatas, ad Aradi ac Tyri numos maxima ex parte esse referendas, duos autem, vel tres ad Sidonios spectare, satis intelligitur.

Displicet profecto, Tabulas numorum Phoenic. Punic. &c. pag. 144. & 158. indicatas, ad quas Cl. editor remittit, quasque, ut & alias numorum classes extrema pagina *Prooemii*, quamprimum se emissurum

Atque sexcenta ejusmodi nobis occurrerent monumentorum ectypa hinc illinc ab aliis Antiquariis vulgata, sed generatim aut male lecta & contra metallorum fidem expressa, aut perperam explicata. Quod si aliqua fide numismatum epigraphas Phoenicio-Punicas eorum aliqui quandoque protulere, nulla tamen vel fere nulla eas ornarunt illustratione; sin autem aliqua ornarunt, vereor equidem, ne otio suo abuti videantur.

Quamcumque igitur in suis Syllogis, hi & illi (1) paullo ante commemorati eruditissimi

nobis spem facit; hactenus, quod ego sciam, vulgatas non fuisse. Quam quidem spem una cum ipso Huntero expirasse, haud immerito dolet Cl. Eckhel, *Proleg. general.* cap. XXII. *Doctrin. num. vet.* part. I. Vol. I. pag. CLXXI

Hoc igitur splendido numorum thesauro, quanto magis antiquitatum Graecarum cultoribus profuturo, eo minus Phoeniciarum litterarum studiosis reipsa utili, vix indicantur fontes, a quibus omnis Phoenicio-punica manat litteratura, & quorum notitiam vel nullam, vel admodum mancam sine ipsis inscriptis monumentis sumus habituri. Atque haec de Phoeniciis numis in hac praeclarissima Sylloge obviis, non erant quoque omittenda.

(1) In illis, quas proxime superiori notatione, numorum hactenus recensuimus Συλλογαῖς, Phoenicio-Punice inscripta metalla deprehendimus quidem indicata. At in ejus generis describendis numis eorumdem Antiquariorum nullus nobis obtulit sese, qui de hujusce litteraturae, quam tractamus, fontibus revera aperiundis cogitavit. Eoque minus iidem cogitarunt, quod provinciam sibi sumsisse videntur iis destituti præsidiis, qui non nisi multo labore, studio & otio parantur.

Antiquarii ad hoc doctrinae genus operam contulerint; quid hinc emolumenti nobis accessit,

---

Jam vero de caeteris eruditis viris, quos paullo ante commemorabam, quique progrediente eodem saeculo nostro id genus monumenta vulgarunt, sermonem instituamus oportet. Quapropter, quam in iisdem sive numis, sive lapidibus enarrandis, explicandis, illustrandisque operam atque laborem ipsi illi collocarint, hac altera adnotatione ut declaremus, instituta nostra omnino poscit ac postulat ratio.

Sit igitur primùm, cujus mentionen feci, Claudius Gros de Boze. Quae autem de Cossurensibus numis Cl. ille idem vir disserit, *Histoire de l'Académie Royale des Inscript.* Tabul. III. n. I. Tom. IX. pag. 157. seq., ita comparata esse mihi videntur, uti in errorem inducere facile queant. Etenim ex una ejusmodi numi Latine epigraphe, COSSURA inscripta, singulas, quibus Phoenicio-Punica alter numus similis typi inscribitur, litteras ignotas sibi detegere posse ipse contendit. Qua collationis ratione abs se sic instituta, primam epigrammatis Phoenicii litteram dicit K, tertiam S, recte sane, sed hariolando. De caeteris hanc conjecturam facit, quod secunda littera sit O, malum. Duas tandem postremas RR statuat; quibus ait ille, Si vocalis finalis, uti moris est Orientalium linguarum, adjungatur, primigeniam vocem KOSRRA habebimus. At ista legendae epigraphes ratio fallax profecto est; eaque tam fallax, ut qui mediocriter in hisce versati sunt litteris, illud plane intelligant.

Et sane est mirandum, virum linguarum Orientalium certe peritum, Bonifacium nostrum Finetti, *Trattato della lingua Ebrea, e sue affini*, sect. VI. §. XI. pag. 151., talem De-Bozii probasse conjectationem. Quos Cossurenses numos si manu versasset unquam, ut doctus vir erat Orientalis litteraturae studiosissimus, secus profecto judicasset.

quid de litteris Phoenicum promovendis atque augendis subsidium? Ergo haec ut uno verbo

---

Haec autem cum de docto Academico Gallo praedico, non eo tamen animo comparatus sum, ut epigraphen ipsam sive Latinam, sive Graecam in hisce numis exaratam, ad Phoenicio-Punice iisdem inscriptas denodandas litteras aliquo esse adjumento nobis posse inficias eam. Profecto ex Cossurensi altero numo, Graece nimirum & Phoenicio-Punice ab Principe de Torremuzza producto, *Quinta aggiunta di medaglie alla Sicilia numismatica di Filippo Paruta*; *Opuscoli di Autori Siciliani*. *Palermo* 1774. Tom. XV. Tabul. IX. n. 16. pag. 14. seq.; & in ejusd. *Siciliae populorum & urbium ..... veter numis*, Tabul. XCVI. n.7. pag. 94., ex hoc, inquam, bilingui numismate palam evincitur, ejusdem epigraphes tres primas litteras non alias prorsus esse, atque ק, ס & ר, *Qoph*, *Samech* & *Resch*. Quae litterae nomen ipsum *Cossurae*, sed Phoenicio-Punice expressum, procul dubio indicant, quod in adversa Graece, nempe ΚΟΣΣU (seu Κόσσυρα) habetur. Sunt quidem, qui secundam litteram pro elemento ש *Schin*, vel *Sçin*, accipiendam velint. Quibus ego non multum repugnarem, si tamen ex ejusdem epigraphes variis ectypis a doctis viris in lucem emissis, illud bene constiterit. In Cossurensi namque numo, quem ex Ill. Baronis Alexandri Recupero scriniis ad manus habeo, cujus paullo post epigraphen describam, idipsum Phoenicio-Punicae inscriptionis secundum elementum τῷ ס *Samech*, omnino respondere, non equidem dubitarem; quod de altero Cossurensi numo jam animadvertit Barthelemyus, *Mémoires de l' Acad. Roy. des Inscriptions*. Tom. XXX. pag. 414. not. *a*). Et re quidem vera ex aliis demonstrari Phoenicio-Punicis monumentis illud potest. Quocumque porro modo haec secunda littera pro *Schin*, vel pro *Samech* accipiatur, res tamen

comprehendam; magna utique & doctrinae & eruditionis Antiquariae laude iidem floruerunt.

---

eodem sic recidet, ut a Cossurensibus percussum numum fuisse, ne revocari in controversiam ullatenus possit. At, tametsi haec ita sese habeant, quis unquam Cossurensis ejusdem epigraphes explicandae rationem a Cl. De-Bozio usurpatam probabit? Nihil enim esset hac ipsa fallacius, si eam sine ulla exceptione sequeremur, & quidem nulla prius ipsarum litterarum habita ratione Phoenicio-Punicarum. Confer hanc in rem quae supra pag.366. seq. not. posuimus.

Omitto quae de Melitae insulae nomine primigenio, quod τὸ KERRA fuisse De-Bozius ibidem disputat; idque ex numis aliis duobus, Tabula eadem III.n.3. & 5. loc.cit., abs se minus recte Melitae addictis, erui posse, perperam defendit. Quo autem pacto id faciat, videndus Cl. Eckhel, *Doctrin.num. veter.* part. I. Vol.III. pag.418. Quum enim horum numorum utraque epigraphe nihil aliud prae se ferat, quam τὸ קלל, uti superius pag. 391. & 393. posui; quocumque tandem modo hoc legatur vocabulum, certo certius est, illud ipsum ad τὸ MELITA significandum transferri nulla ratione posse. Sed de hac quoque epigraphe paullo inferius & data opera disseram.

Quoniam vero supra, scilicet pag.388.seq.de numo ab Claud. de Bouteroue male explicato, obiter agens, nonnulla brevitatis ergo ibidem praetermisi, quae tamen paullo copiosius me suo loco tractaturum pollicitus sum; age dum, res ipsam nunc expediamus. Quid autem in adversa sua parte numus ferat, eodem loco adnotavi. Partis vero aversae epigraphen, corona inclusam laurea, esse τὸ קסרנם KOSURNIM, eaque voce Hebraeorum more in τὸ IM desinente, Cossurenses manifestissime designari, tanto magis patescit, quanto longe ab harum Phoenicio-Punicarum litterarum lectione aberrant ii omnes, qui secus

Attamen nihil in litteraria re Phoenicum non modo absolutum fecerunt, verum etiam huic scien-

---

eas legendas arbitrentur. Qua de re mox videro.

Qui porro ejusmodi Cossurenses numos protulere, plures sane sunt numero. Confer in primis Petr. Burmanni secundi *Commentar. ad* extrema *D'Orvillii Sicula*, part. II. Tabul. XV. n. 8 – 10.; ubi tres numi, quorum secundus cum Bouterouaeo plane convenit, eadem epigraphe insignes, aere incisi exhibentur, nulla quidem ejus explicatione data, sed ad Cossuram jure abs se relati pag. 453 – 455.

Atque, quod Phoenicio-Punicam eamdem nunc spectat epigraphen, quam ipse Hebraicis hodiernis modo expressi literis, eam unam esse veram, singulæ inscriptae litterae in tanto lumine ponunt, ut mirari subeat, eruditissimos fuisse Antiquarios, qui aliam tuerentur lectionem. Quamobrem summo viro Principi de Torremuzza non assentior τὸ קשרכם COSCHURCHIM esse legendum scribenti; etsi ea voce Cossurenses ipsos intelligat, suis in supplementis ad Parutae numismata Sicula, sive *Quinta aggiunta &c.* loc. supra cit. pag. 17. Quod etiam Ill. scriptor in *Siciliae veter. num.* ante allegatis pag. 94. repetit. Nam loco τῦ נ *Nun*, ipse legit τὸ כ *Caph*, at certe contra quam in epigraphe haec quarta describitur littera, nempe ך, & in id genus numis vulgo exhibetur. Vide paulo infra pag. 425.

Enim vero Cossurensis numus nullus est, minimum integer, ab Antiquariis haud paucis, quos legerim, recensitus, eademque Phoenicio-Punica signatus inscriptione; quin etiam nulla omnino est ab ipsomet prestantissimo principe de T. M. Lancilloto-Castello producta ejusdem numi epigraphe, in qua planissime expressa eadem non legatur littera נ *Nun*, atque ad illum ipsum Phoenicio-Punicum characterem rectissime exacta non deprehendatur. Qua de re conferendus Cl. idem vir, locis citatis, scilicet *Quin-*

tiae non minimam partem intulisse videntur incommodorum, quod de ipsis Phoenicio-Punicis

ta aggiunta &c. Tabul. IX. n. 16 — 19. = *Siciliae veter. num.* Tabul. XCVI. n. 1 — 16.; ubi praefati Cossurenses describuntur numi hac ipsa postrema Tab. n. 13. 14. & 16. Tametsi in suis aliquantum detriti compareant epigraphis; singuli tamen ipsam litteram נ *Nun*, apertissime referunt. Quae res ut magis magisque pateat, adi. sis etiam Ill. viri opus insigne alterum, iteratis typis ab se editum, a me jam commemoratum, cuique titulus est: = *Siciliae & adiacentium insularum inscriptionum nova collectio*, &c. Class. XX. n. V. pag. 318.

Numismata igitur ejusdem typi Cossurensia, si quae sunt, in quibus ipsa epigraphe unam, aut alteram litteram exprimere videatur, quae figuram atque formam inducat plane insolitam; illud, quandoque quidem monetariorum ipsorum artificum sive errori, sive arbitrio, potissimum autem inscriptis hisce characteribus vetustate plus aut minus detritis atque deformatis, quod haud raro accidit, omnino esse arbitror tribuendum. Quamquam & in eorum multis doctorum hominum, qui eamdem epigraphen nobis descripsere, majorem diligentiam si desiderarem, hanc illis dicam haud injuria impingerem. Quo spectat Cossurensis numi Punica epigraphe ab Ill. Scipione Maffeio, *Osservazioni Letterarie* Tom. XV. Tab. I. n. 13. producta; eaque tam vitiose suis expressa litteris, ut nihilominus ex iisdem, sed nullo auctore, nullo exemplo, lectionem אי *Ai*, id est, *insulæ*, nempe GAULI, Phoenicum Coloniæ, pag. 290. seq. obtrudendam veniat. Id quidem quasi conjectans scribit; atque ad Cossuram numum suum pertinere posse probabili quoque conjectura, sicuti De-Bozius fecit, non inficiatur. Attamen in cæteris epigraphes depravatis elementis eruendis mirum quantum rem ipsam miscet ac turbat doctissimus vir.

epigraphis nihil dilucide, nihil distincte, nihilque determinate tractarint. Sparsim praeterea

Quod vero Antiquariorum alter in eo genere monumentorum eruendo, caeteroquin versatus maxime, de epigraphes lectione longe alia, atque in numo est, admittenda, nobis quoque obtrudenda cogitarit, legendo τὸ אשרנם ISCHDONIM, vel ISCHTONIM; quam vereor, ne non multum erret. Hoc autem verbo populum insulae ISTOS, sive *Istensis*, vel *Istonensis*, Africani maris a Libybus UDENOE, vel EUDIPNE appellatae, ut auctor est Stephanus Byzantius, *De Urbibus*, voce Ἱστὸς, aut unam aliquam ex adsitis insulis *Lopadusa*, vel *Ethusa*, indicari pugnat vir doctissimus. Hanc autem sic appellatam insulam ISTOS, cujus hodie situs ignoratur, ipsammet COSSURAM fuisse ipse conjectat. Eoque magis conjectura ille idem ducitur ad istud opinandum, quod hoc posito, prima epigraphes littera, cujus vera potestas multum veniebat in dubium, nihil amplius habebit dubitationis, quin sit א *Aleph*, neutiquam vero τὸ ק *Qoph*, ut quibusdam visum est. Huc autem recidunt quae de hujus Cossurensis numi epigraphe pluribus disputat Cl. Perezius-Bayerius, *De la lengua de los Fenices* pag. 362. seqq., quaeque ego summatim recitanda duxi.

Verum cujus ponderis haec Cl. Hispani lectio sit, non multis est opus ostendere. Quacumque appellatione, etiam ab ultimis usque temporibus, Cossura insula vocata fuerit; illud certissimum est, Cossurenses omnes, quos noverimus, numos tam Phoenicio-Punice, quam Latine tantum inscriptos, immo & unum bilinguem, de quo paullo supra, eamdem prorsus fabricam, eademque praesertim symbola ut plurimum referre. At enim numi Latine solum descripti victoriam volitantem, mulieri, capite velato, coronam porrigentem, vulgo sistunt; caeteri autem Phoenicio-Punice signati, caput item mulieris, sed co-

haud eorum pauci, & uti casus, ut ita dicam, ferebat, & in manus veniebant, id genus numis-

ronatum, una cum eadem alata victoria universim exhibent; epigraphen vero in aversa parte, serto inclusam laureae, si Graecam ab adversa excipias, perpetuo ostentant. Quod sane, mea sententia, haud leviori argumento est, licet in ejus generis monumentis neque semper, neque nimio plus urgendo, Cossurensium numorum epigraphen Phoenicio-Punicam cum τῷ אסדנם *Ischdonim*, seu *Ischtonim*, non solum componi ne minimum quidem posse; sed etiam ad ipsas litteras, sive Latine, sive Graece insulam, vel oppidum COSSURAM exprimentes, exigi τὸ קסרנם *Kosurnim*, omnino debere. Idcirco ab hac lectione nequaquam recedendum. Consequens proinde fit, in primo epigraphes elemento ⱶ & tertio 9, nullam aliam potestatem inesse atque vim, quam litterarum ק *Qoph*, & ר *Resch*.

Neque obstat, quod τὸ ⱶ, seu *Qoph*, vel *Koph*, suam cum figura τῦ א *Aleph*, formam interdum confundere videatur, uti in Melitensi Phoenicio-Punica inscriptione, in uno Gaditano numo, immo etiam in aliis: quod quoque tertio elemento 9 *Resch*, in aliquot id genus metallis accidere videmus. Exempli caussa, in Abderitanis numis a Perezio-Bayerio, loc. cit. pag. 369. n. III. IV. & V. prolatis, legimus 19990. Atquae hac in Phoenicio-Hispano-Punica etigraphe secundam litteram esse ב *Beth*, tertiam ד *Daleth*, quartam denique ר *Resch*, tametsi una ab altera ne vix quidem forma sua distincta appareat; a nemine tamen Antiquariorum, neque ab illo ipso Cl. Bayerio in quaestionem vocatur. Ergo, quemadmodum in Abderitano eodem bilingui numo, apud eumdem Bayerium, loc. cit. n. v., Phoenicio-Punice, nempe 19990, seu עבדרת, Latine ABDERA inscripto, harum litterarum genuinam atque nativam potestatem tuto dignoscea-

mata protulere. In ejusmodi igitur numis in lucem emittendis, litteraturae Phoeniciae fontes

---

dam ipsa Latina inscriptio viam nobis facilem atque expeditam commonstravit muniitque; ita in Cossurensibus numis, de quibus disputamus, ad eorum Phoenicio-Punicam epigraphen evolvendam, eamque sine ullo erroris discrimine rite interpretandam, quare similis ratio non valeret, nullo modo prorsus intelligo. Una igitur in numi Cossurensis epigraphe, τὸ קסרנם admittenda lectio est, altera vero τὸ אעדנם omnino reprobanda. Quod de alterius numi ab eodem Bayerio, loc. cit. pag. 364. producti, epigraphe item dicendum. De quo quidem numo ad Cossurenses quoque referendo, aliquid mox disseram.

Quod autem Cl.Pellerinius ipse, *Recueil de médailles de Peuples* &c., Tom. III. pag. 20. seqq. 60. 141. seqq., de primae ejusdem litterae potestate in Cossurensi numo, Tabul. XCVII. n. 1., atque in duabus tribusve numismatis Tabul. LXXXVIII. n. 6.7. obviae, disputavit, leviora sunt, quam ut referenda nobis, aut confutanda videantur. Quam de hac ipsa littera, locis citatis, errantem suam sententiam si Pellerinius non palam reprobavit, post agnovit profecto, Tom. I. *Supplement* I. pag. 15. seqq.; ubi variis numis & Cossurensibus, aliisque eadem littera initio signatis, cum abs se, tum ab Antiquariis in lucem emissis, qua potestate & sono ipsa efferenda sit, nimirum non aliter atque τὸ ק *Qoph*, contra Cl. Barthelemyum, modo illud affirmantem, negantem modo, pluribus statuit. Adde etiam ejusdem Pellerinii Tom.II.*Supplement* III. pag. 118. = *Supplement* IV. & postrem. pag. 48. 65. 79 — 81. 103 — 110.= *Lettres de l'Auteur des Recueils de médailles de Rois, de Peuples & de Villes, imprimés en huit Volumes in - 4to. à Paris* 1770. in - 4to. Epist. I. Tab. III. n. 8. & 9. pag. 31. seqq. not. & pag. 47.

Fit igitur, ut Phoenicio-Punicae epigraphes lit-

nobis commonstrarunt quidem; de iis vero aperiundis parum solliciti, easdem litteras nulla

---

tera ϒ, de qua hactenus quaerimus, non τοῦ א *Aleph*, quod Pellerinius primùm, aliique eruditi Antiquarii sine ratione opinati sunt, sed ea ipsa τοῦ ק *Qoph*, vi ac potestate, quam ei jure tribuimus, & plures numi eidem manifeste vindicant, revera heic gaudeat.

Hoc igitur probe stabilito & fixo, ejusmodi numos eodem Phoenicio.Punico signatos epigrammate, percussos a Cossurensibus fuisse, uti reipsa fuere; ab omni similitudine veri, omnique rationis consecutione abhorret, primum ejusdem epigraphes elementum accomodari ad τοῦ א *Aleph*, valorem usquam posse; etiamsi τὸ ϒ figura sua, uti paullo ante ajebam, eamdem ipsam atque τοῦ א *Aleph*, quibusdam in Phoenicio-Punicis ἐπιγραφαῖς formam imitari videatur.

Et quoniam in id genus Cossurensibus numis sumus, alterum, de quo supra pag. 418. & paullo ante, me quidquam dicturum promisi, non omittamus. Ab singulis, quos hactenus indicavi ego ipse, Cossurae numismatis, typo quidem suo in parte antica plane diversus hic numus est. At in postica epigraphen sistit, quae alteram Phoenicio-Punicam, ante recitatam, omnino exprimit. Videlicet in adversa: ± figura virilis stans cernitur, sive, ut mihi videtur, *miles suo cintus gladio, dextra scipionem, sinistra vero lituum tenens*. Σ(*Epigraphe* 𐤒𐤎𐤓𐤍𐤌, seu קסרנם, i. e. *Cossurenses*. In qua quidem Punica inscriptione, littera נ *Nun*, hanc sibi formam induit, nempe 𐤍; contra atque in aliis Cossurrensium numorum ἐπιγραφαῖς idem elementum vulgo comparere, sæpe numero ipse animadverti.

Quod autem hanc quoque epigraphen esse legendam existimarit Cl. Perezius-Bayerius loc.cit., perinde atque τὸ אשדנם *Ischdonim*, ipsa exprimeret, sicut ille idem de altera contendebat; non est cur morer. Num-

collustrantes luce, immo etiam eas haud semel tanta insolentia abs se descriptas proferentes no-

---

quam sane id arbitror Cl. virum scripturum fuisse, si diligentius considerasset, quid ex Cossurensium numorum typis ac symbolis, ex eorumque tam Graece quam Latine inscriptis litteris cum eorumdem epigraphe collatis Phoenicio-Punica, esset consequens. Vidisset profecto, quantum instituta abs se haec collatio lectioni, quam commentus est, non adversaretur modo, verum etiam illam convinceret plane falsitatis.

Quum vero hujusce alterius numi epigraphe ad Cossurenses omnino pertineat, facile intelligitur magno in errore illos Antiquarios fuisse versatos, qui eundem numum modo ad ulterioris Hispaniae urbem SERPAM in provincia Baetica, adjudicarunt, ut Jacob. de Bary inani sane conjectura arbitratus est, Epistol. ad Hadrian. Relandum; *Palestinae sacrae* ejusd. Relandi lib. III. pag. 940., & in J. Clerici *Bibliothéque choisie* Tom. XI. part. II. pag. 127. seqq.; modo autem ad HISPALIM retulerunt, sicuti perperam fecit Cl. Barthelemyus, *Lettre à m. le Marquis Olivieri*, pag. 43. seq. Tabul. IV. n. 4. 5. Quorum doctorum hominum opinationem ne similitudinem veri ullam sustinere posse, animadversum quidem a Cl. Perezio-Bayerio est loc. cit pag. 365.; ad unam tamen suam אשרנם צ̃ר tuendam lectionem intentus, Cossuraene, an alteri ex proxime adjacentibus insulis, de quibus supra dixi pag. 422. numus sit tribuendus, haesitans scripsit pag. 364. De numi autem typo in parte adversa conspicuo, in quo sane exponendo editor Catalogi numorum D'Ennery, n. 364. pag. 118. minus feliciter versatus est, ne unum verbum habuit Cl. Hispanus, neque Cl. Franciscus Neumannus, *Populorum & Regum num. veter. inedit.* part. II. pag. 120. Quo loco eruditus Canonicus Regularis ad S.D., Museo Caesareo numorum recentioris aevi praefectus &c., etsi id genus numos inter

bis, ut totidem aenigmata difficillimo solvenda negotio appareant; in illa, qua iamdiu in-

---

Cossurenses recenseat, nihilominus eosdem una conjunctos sese Tabul. IV. n. 10 — 14. proposuisse ait, ut aliquis eorum patriam felicius eruat atque facilius stabiliat. Quasi ipsa Phoenicio-Punica epigraphe, qua iidem numi, Tabul.ead. n. 11. 12. 13. & 14., insigniuntur, in aliquot tamen suis elementis minus bene descripti, dubitandi locum relinqueret, utrum Cossurensibus essent adiudicandi, necne. Numorum igitur haec epigraphe sic se habet, ut ne ambigendum quidem sit, quin ipsi Cossurae, hodie *Pantelaria*, uti supra notavi pag. 389. aliis *Pantellaria* & *Pantalaria*, adscribi debeant. Mirum porro, diligentissimum J. Christoph. Rasche in suo *Lexico universae rei numariae vet.* de eorumdem numorum epigraphe atque typo nihil omnino dixisse, ad vocem *Cossura*. Ut cumque res sit; hanc nostram de eodem epigrammate sententiam fusius aliquanto enarrare eo magis debuimus, quod ad litterarum Phoenicio-Punicarum Diagramma suo loco declarandum, haud parum sit collatura.

Jam vero hisce animadversis, ad Nicolaum Mahudel, quem post De-Bozium supra nominavi, orationem nostram convertamus. Is autem doctus Academicus Parisiensis in illa, quam superius pag. 321. recensui, lucubratione Gallice edita, numos nonnullos Phoenicio-Punicos & unum Numidicum Jubae senioris protulit Tabula VI. n. 1 — 6. 8 — 12. Eorum vero ibidem descriptae epigraphae, una aut altera dempta, magno certe laborant vitio. In hoc quoque culpandus Mahudellus, quod numos tres Tab. ejusd. n. 4. 5. & 6., de quorum primo ego ipse pag. 392. quidquam adnotavi; Carthaginienses vocet, qui potius Siculo-Carthaginienses essent dicendi; quippe quod vel ab ipsis Carthaginiensibus in Sicilia rerum potientibus, vel a Siculis eorum imperio subjectis percussi revera fuere. In eo

volutae erant, obscuritate jacentes reliquerunt. Atque hinc factum est, ut inscripti numorum

praeterea minus sese diligentem praebet, quod numos quatuor, n.9 — 12., inter Africanos adnumeret, qui Hispano-Punicis fuissent accensendi, Gaditanis nempe, quemadmodum pag. 11. 15. & sane recte posuit. Quo quidem loco Phoenicias ipsas probe distinguit litteras, eas videlicet, quibus Tyri & Sidonis signantur numi Tab. ejusd. n. 1 — 3., ab Punicis, quas Carthaginienses usurpabant, quibusque inscribuntur numi, ibid. n. 4 — 6, quos Siculo-Carthaginienses dicimus, propterea quod in Sicilia, sicuti ante ajebam, cusi reipsa fuerint. Quas ego nihilominus utrasque litteras, uti Hispano-Punico-Gaditanas, nomine Phoenicio-Punicarum perpetuo fere & generatim comprehendi; lineamenta namque characterum bene expressa, eaedem maxima ex parte servant Phoeniciarum.

Quum vero de numorum, quos protulit, epigraphis Phoenicio-Punicis, Cl. Academicus nihil prorsus afferat, quod ad earum intelligentiam nos conducat; etsi ex eorum typis inscriptae iisdem numis litterae, quamlibet vitiatae, dignosci possent; Phoeniciae tamen litteraturae assequendae exiguo sane nobis praesidio sunt in iis, quae de ejus generis numis ipse disseruit.

Quapropter ad alterum Antiquarium, cujus tertio loco memini, descendo; Josephum dico Claud. Guyot de Marne. Hujus exstat *Dissertazione sopra un' iscrizione Punica, e Greca*, quae inserta legitur Academ. Cortonens. Commentariis, sive *Saggi di dissertazioné Accademiche* Tom. 1. pag. 24 — 34. De qua Cl. viri dissertatione, paucis quidem, at satis dixi pag. 97. seq. Hoc tamen animadvertam, in Phoenicio-Punica Cossurensis numi epigraphe eruenda, in qua exponenda pag. 31. seqq. post versatur ejus commentatio, eruditum Guyotum de Marne ad eumdem impegisse scopulum, quo De-Bozius ipse, sicuti pag. 417. & 419.

ectypis ab illis Antiquariis producti characteres, cum scalptorum sive incuria, sive arbitrio, tum

ajebam, de collationis suae fallaci, ac lubrico sibi nimis fidens canone, offenderat. Etenim ex productis ab se ibidem pag. 31. Cossurensibus numis, quorum alter Latine *Cossura*, alter vero Punice קסרנם *Kosurnim*, inscribitur, hanc lectionem efficiendam ratus est, quae,ejus sententia, sit Tò KOSRAR. Quae sane lectio cum ipsa Phoenicio-Punica epigraphe quam parum apte componatur, non est necesse, ut ostendam. Primam igitur epigraphes, eamque unam si demas, litteram, quam recte quidem,sed divinando dicit Tò *Qoph* Phoenicium,seu Graecum vetus τὸ ϙ; in caeteris resolvendis elementis omnino labitur Cl. Cortonensis Academicus.Secundam namque habet pro *Tsade* Phoenicum, Tertiam vero uti S, postremas demum duas litteras veluti RR, quae re tamen vera sunt *Nun* & *Mem*, esse legendas, una conjectatura, sed plane inani, id explicandum retur pag. 33. seq. Quantum ergo litteraturam ipsam Phoenicum illustrarit doctus ipse De-Marnius, satis illud sit quod ex hac deprompsimus Cl. viri indicata lucubratione.

Ut autem institutum ordinem persequar, ad alterum Academicum Cortonensem nunc venio. Atque ille ipse est Cl. Rodulphinus Venuti, cujus ipse quarto loco mentionem feci. Est autem ejusdem *Dissertazione sopra alcune Medaglie Maltesi*; Actor. ejusd. Academ. Cortonensis Tom. ante citat. pag.35 —42. Atque ejusdem dissertationis haec summa est: Melitam insulam primum a Phoenicibus, deinde a Graecis, postea frequentatam a Poenis fuisse. Qua de re supra pag. 193. me quidpiam attigisse memini. His ab Cl. Venuto breviter praemissis pag. 35. seq., ad numos Phoenicio-Punice inscriptos, quos illustrare aggreditur,venit,ibid.& pag.seqq.,eosque quinque numero Tabula aere incisa profert. Tota autem ejus eo ten-

auctorum inscitia conficti, verum litterarum ordinem Phoenicio-Punicarum, a quibus rite de-

---

dit ratio, ut a Melitensibus fuisse percussos numos contendat, jurene, an injuria, mox disputabo. Hi omnes, quinto dempto, de quo pauca ipse dixi pag. 391., ab adversa parte mulieris caput velatum; in aversa autem tres sequentes modo caput arietinum, tripodem modo, vel denique pagurum, seu cancrum exhibent cum ipsa Phoenio-Punica epigraphe 𐤒𐤋𐤋, seu קלל. Quae tamen litterae in eadem quinti numi parte quoque leguntur. Numus vero primus in postica illud habet singulare, quod tres stantes prodit figuras, quarum una ad Persarum numen Mithram, ad ejusque cultum alteras duas referendas esse, Cl. Venutus opinatur. Haec quidem propria fuit sententia docti viri Chaillovii in sua ad Sponium Epistola, *Recherches curieuses d'Antiquités* ejusd. Spon. pag. 453. seqq. Ipse tamen Sponius in altero ad eumdem Chaillovium Responso, ibid. pag. 455. seq., duabus iisdem figuris nihil aliud quam Isides duas repraesentari, apposite animadvertit. Quod ex Aegyptiacis monumentis, iisque potissimum in *Tabula Bembina*, seu Mensa Isiaca obviis, plane intelligitur. Ego enim sic existimo, futurum neminem, qui cum eamdem Mensam Isiacam oculis percurrerit ab Laurent. Pignorio primum, deinde ab Athanas. Kirchero, *Oedipi Aegyptiaci* Tom. III. Sintagm. I. cap. I. seqq. pag. 80. seqq., tum a Bernard. Montfauconio, *L'Antiquité expliquée*, Tom. II. part. II. lib. II. Tab. CXXXVIII. 331. seqq. illustratam, secus statuendum putet. Etsi in hoc Sponium haud quamquam probo, quod Deum Mithram duas inter Isides ipse agnoverit, qui potius Osiris ab se fuisset appellandus. A quo lapsu non satis sibi ipse praecavit Petr. Burmannus *ad D'Orvillii Sicula*, Tab. XV. pag. 454. Enim vero has inter Isides, easque Aegyptiaco ritu adornatas, Aegyptiacisque symbolis, lituo nempe & flagello instructas, quid tandem illud est idipsum

finiendis atque in classes suas probe digerendis, hujusce litteraturae eruendae tota propemodum

---

simulacrum, & quidem sub quodam umbraculo stans, quemadmodum in uno Cl. Alexandri Recupero numo, qui ad manus est, revera exhibetur, & in ejusdem numi ectypo, ab Sponio hac in parte satis accurate delineato comparet; quid, inquam, illud est, nisi ipse Osiris, & caput ejus tegmine ornatum referens, seu apice, quo in Aegyptiorum monunumentis ille idem Osiris passim tegi solet? Quam rem quum id genus monumenta ab Pignorio, ab Kirchero, ab Montfauconio, locis citatis, & ab Ill. Comite de Caylus, *Recueil, d'Antiquités Egyptiennes* &c. Tom. II. Tabul. XII. & alibi saepe producta, demonstrent plane ad veritatem; non est cur copiose aut ostendendum, aut explicandum illud esse videatur.

Quapropter eadem simulacra in Phoenicio-Punico numo signata, ad cultum Aegyptiacum omnino esse composita, arbitror tenendum. Nam Phoenices ab Osiridis & Isidis cultu non fuisse alienos, eumque Melitensibus etiam transmisisse, numi plures Melitae procul dubio adjudicandi, sed ab Recuperiano numismate, de quo paullo ante, & ab iis singulis, in quorum Punicam epigraphen nunc inquirimus, prorsus distinguendi, quippe alibi certissime cusi, rem ipsam sic efficiunt, ut revocari in controversiam nullo modo queat. De quibus sane Melitensibus numis, ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ inscriptis, eorumque typis ad Osiridem & Isidem referendis, confer quae hanc in rem erudite enarravit, illudque non inanibus firmavit argumentis Sigebert. Havercampus, *Commentar. ad Parutae numismata Sicula*, Tabul. CXXXIX. n. 1. 3. = CXL. n. 14. & 15., *Thesaur. Antiquit. & Hist. Italiae* Vol. VII. col. 835 — 842. Confer quoque Cl. Principem de Torremozza, *Siciliae veter. num.* Tab. XCII. pag. 89. seqq. & ejusd. *Quinta aggiunta alla Sicil. numismat. di Paruta*;

dependeat ratio, quam maxime perturbarint; & quorsum tandem ipsae litterae quandoque perti-

Opuscol. di Autori Sicilian. Tom.xv. Tab.I. n.1.2.pag. 8. = J. Christ. Rasch, *Lexic. univers. rei numar. veter.* Tom. III. part. I. col. 489. seqq. Adde & Phoenicio-Punicam inscriptionem sepulcralem, supra pag.79. seqq. a nobis expositam, qua eidem Aegyptiorum cultui Phoenices ipsos addictos fuisse, luculenter sane comprobatur.

Quod quum ita sit; miror, Cl. Academicum Stephanum Mignot in suis doctissimis *De Religione Phoenicum* prolixis commentariis, Actor. Acad. Reg. Paris. Inscript. Tom. XXXII. XXXIV. & XXXVIII. insertis, Aegyptiaca etiam numina, quae in suis coloniis Phoenices colerent, summo pretermisisse silentio. Sed id genus numos hunc cultum palam testantes Cl. viro haud innotuisse dicendum est.

Jam vero, quod hac in disquisitione potissimum interest, quodque ad nostram proprie spectat litteraturam, ea ipsa est Phoenicio Punica epigraphe, quam data me opera pag. 391. 393. 413. & 419. not. explanaturum promisi. Haec est autem hujusmodi, sicuti in numis singulis, quos, praeeunte Cl. Rodulphino Venuti, paullo superius indicavi. Hanc ego ex Cl. Alexanpri Recupero numismate, de quo ante ajebam, diligentissime expressi. Neque sine teste, neque sine auctore pag. 392. seq. adnotavi, Sponium ipsum primum omnium fuisse, qui ejusdem numi ectypon in lucem emisit; tametsi in prima epigraphes nobis describenda littera erraverit. Quo errore quoque lapsum video eruditum Court de Gebelin, *Monde primitif... Origine du langage*, Tom. III. Tabul. XIV. n. 13. & 14. ejusdem generis numos Melitae praeterea, at perperam accensentem pag. 486. In eo tamen probandus mihi, in iisdem numis nihil esse pag. 487. scribens, quod religiosos mores non spiret Aegyptiorum. Ante igi-

neant, vix aliqua conjectura assequi possumus.

Verum illud quidem, quamvis in Antiquario-

---

tur Sponium numus, quod ego sciam, plane ignotus fuit. Labitur ergo Cl. Venutus, ut qui apud Lastanosam & Parutam ejusmodi numi mentionem injici, pag. 36. dixerit. Uterque enim Antiquarius numos eadem epigraphe notatos protulit quidem; at nullum omnino in eorum Syllogis videre est, qui ab aversa tribus stantibus signetur figuris.

Sed hanc ipsam epigraphen adeamus, cujus veram lectionem esse nullam aliam posse atque τὸ קלל, locis supra citatis saepe monui. Incredibile sane dictu est, quanta dissensione in illa evolvenda atque interpretanda inter se certarint Antiquarii. Quorum eadem de re dissensiones postquam recensuit Cl. Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part.I. Vol. III. pag.418. seq., scribit in hunc modum. „ Ex quo videmus eruditorum sententias in explicanda hac voce tam parum, quam in plerisque aliis linguae Phoeniciae vocabulis coivisse. „ Haec ille. Sit ita; indene ergo Phoenicum litteraturam in summa obscuritate ad huc jacere statuemus? De quo praeclaro argumento cum superiori capite primo passim disputarim & satis copiose ac diligenter, nunc illud omittatur. Hoc interim certum arbitror, ex illa doctorum virorum in eadem Punica exponenda epigraphe, inter se dissensione erui nihilominus quidquam posse, quod ad ejus veram lectionem assequendam conferat, sicuti paullo infra ostendam.

Quid vero de hac epigraphe Antiquarii censuerint, more nostro exponamus. Horum plures in Melita insula id genus numos procusos fuisse existimarunt. Qua opinione ducti aliqui, mirum quantum inanibus conjecturis implicarunt sese, ut ex ipsa Punica inscriptione illud effici posse contenderent.

Ut autem ab Rodulphino Venuti exordiar, hoc ei commentum de hisce numis Melitae adjudicandis pla-

rum tunc aetatis libris diligenter evolvendis, sese habere videatur; nolim tamen quis existimet,

---

cuit;atque ita eidem placuit,ut in iis,quibus numi ab se prolati inscribuntur litteris Punicis, ipsam τῆ קרר Kerar, seu,eodem interprete, *Frigidae*,appellationem a Phoenicibus insulae primum inditam, post vero a Graecis Μελίτην, a Romanis *Melitam* dictam, sese invenisse, sibi ipse finxerit loc. cit. pag. 41. seq. At ut res ita esset, Phoenices insulam non τῆ קרר,sed τῆ קרח *Karah*, i.e. *Frigidæ* nomine revera appellare debuissent;etsi in priore voce *Karar* insit τῆ *Frigescere* significatio. Sed hae Cl.Venuti rationes a De-Bozii commento parum alienæ,sicuti pag.417.419.notavi,utcumque eæ sint,nimis frigide sane atque inaniter afferuntur.

Neque Fourmontio, etsi in evolvenda epigraphe ab De-Bozio discrepet, res bene cessit. Atqui eo pertinent Cl. Academici animadversiones, *Histoire de l'Académ. des inscript.* Tom. IX. pag. 160 — 163., ut, quum vox ipsa Punica respondere τῷ Μελιταίων debeat, malum!omnino eam esse legendam מלל statuat. Quae litterae tres sunt initiales ipsius patronymici nominis מלליט *Mellit*, seu *Mallit*, quod ejus sententia, nomen primitivum insulae est, unde Graeci suam Μελίτην effecerint. Nonnulla mitto alia ab se disputata, quippe nullius momenti ac ponderis. At enim quid illud est, si modo aliquid est, quod de Msstis duobus Hebraicis Codicibus Parisiensibus, in Africa exaratis, sed ab epigraphes nostræ Punicæ ætate longe profecto remotissimis, scribit pag. 162.? Quod inde præsidium sibi polliceatur ad τῆ מ *Mem*, lectionem tuendam, quam a voce Μελίτης præpostere repetit, equidem non intelligo. Quasi ex Hebraicorum codicum, quicumque tandem ii sint, varia scriptione, quorum sane nullus, aut fere nullus ad VIII. summum, aut IX. vix ascendat sæculum, de primo vetustissimæ inscriptionis elemento judicium ferre liceret. Nullo certe

sic comparatos animo esse nos, ut ex doctorum hominum, quorum paullo superius facta mentio

---

Phoenicio-Punico monumento, τὸ 𐤒, seu ק *Qoph*, ipsius epigraphes eadem valere potestate, ac τὸ 𐤌, seu מ *Mem*, usquam comprobabit eruditus Fourmontius.

Tota igitur ab Cl. viro instituta disputatio commentum est,& quidem eorum plane simile, quæ ab De-Bozio, ab De-Marnio, ab Venuto hanc in rem dicta sunt. In quibus tamen eruditorum hominum commentis illud reperio ab iis, licet ariolando, bene excogitatum, quod ad lectionis veritatem assequendam plurimum faciat; videlicet primam epigraphes litteram esse omnino τὸ ק *Qoph*, sicuti De-Bozius, De-Marnius & Venutus recte statuerunt; reliquas vero duas pro elemento ל *Lamed*, esse habendas, quemadmodum Fourmontio animadversum est.

Nihil dico de numo eodem, simulacris tribus, uti ante vidimus, Aegyptiacis insigni, ab Bern. de Montfaucon, Tabula aenea expresso, *L'Antiquité expliquée* Tom. II. part. II. pag. 292. Cujus quidem numi, quamvis Cl. vir omnino iis similem dicat, in quibus duas inter Isides visitur Osiris, aut Orus, flagello de more munitus; schema tamen ad Basilidianos pertinere posse, minus recte ipsi visum est; ex eoque genere, ait ille, quod ABRAXAS adpellatur. In epigraphes autem proferenda hanc habet, scilicet ארר *Arar* (*Maledixit*), at corruptissime. Verum haec obiter.

Atque illud certum est, quocumque modo Punica legatur epigraphe, ad Melitam indicandam, ut supra animadversum est mihi pag. 419., transferri nequaquam posse; contra atque Antiquariorum communis eâ de re ac pervulgata quondam ferebat opinio. Hoc probe viderunt doctissimi Antiquarii, quamquam in Punica epigraphe explicanda sententiis discreparunt

est, quamtumlibet infructuosis laboribus, nihil commodi, nihilque utilitatis nos consecutos

---

Nam, ut eorum aliquos missos nunc faciam, Cl. Perezius Bayerius, τῷ אנן ab se repudiato, uni τῷ אלל lectioni adhæsit. Quid autem hoc indicetur vocabulo sese ignorare fatetur, *De la lengua de los Fenices* pag. 349. Alii vero de patria ejusmodi numismatis assignanda solliciti, at præjudicata & pervulgata opinione quasi abrepti, sin minus Melitæ, alicui saltem insulæ, uti Gaulo ei adjacenti, tribuendos numos esse opinati sunt.

Quibus hæc non displicuit conjectura, fuisse intelligo Ill. Scipionem Maffeium, *Osservazioni Letterarie* Tom.V. art.V. Tab.I. n. 11. & 12. pag. 288. seq., & cruditum virum Joh.Swintonum, *Philosophic.Transact*. Vol. LX. pag. 91. Horum vero alter, veluti immemor eorum, quae de duabus epigraphes postremis litteris optime constituerat, utrasque nimirum non alias esse, atque duas ל *lamed*, cum definivisset, *Musei Veronens*. part. III. pag. 259. n. 1.; Gaulo tamen insulæ, ut id genus numorum Maffeius vindicaret, legendum loc. ante cit. censuit τὸ אול *Aul*. Quacum voce alteram *Gauli* magna affinitate esse conjunctam, facile sibi persuasit. At ista lectione nihil falsum magis, nihilque vitiosius. Nemini profecto Antiquariorum adhuc in mentem venerat, secundum inscriptionis Punicae elementum ל, tertio prorsus simile, ut ovum ovo, ipsi τῷ ו *Vau*, formæ commode aptari unquam posse. Quod quum nullo Phoenicio firmari monumento queat, futili ergo conjectura ac plane inscita epigraphen interpretatus Ill. Maffeius est.

Levius falli Cl. Swintonum puto; sed falli tamen, dum in epigraphe Punica sibi legendum קלן, CAULIN pugnat, indeque GAULI insulam, nunc *Gozo*, exculpsit. Numos idcirco, de quibus agimus, Gaulitani, ejus sententia, percussissent oportet.

esse. Id unum fecissent, vel Phoeniciae litteraturae quasi semina spargendo, vel ejus fontes

Belle quidem atque ingeniose excogitatum. Attamen verendum, ne non plus licentiæ, ut ita loquar, antiquariae in hac epigraphe eruenda, eaque ad τὸ CAULIN, hincque ad insulam transferendam Gauli, insit quam veritatis.

Quid, si eadem insula a Phoenicibus primum frequentata, ut auctor est Diodorus Siculus, *Bibliothec. Histor.*lib.V.cap.12.pag.339.al.204., non γαύλος, uti a Graecis ac Romanis scriptoribus vulgo dicebatur, sed τοῦ GAUDESC nomine appellata fuerit? Nam quod insula antiquitus γαῦδος audiret, ex Strabone, auctore gravissimo, *Rer. Geograph.* lib. VI. pag. 425. al.277. discimus. Quo nomine nempe עודש, *Audosch*, seu *Ghaudosc*, vel *Gaudesc*, ab Geographo Nubiensium quoque appellatur apud Sam.Bochart in *Chanaan* lib.I.cap.XXVI.pag.554.,& ipsi Gaulitani ac Melitenses, etiamnum eam dicunt. Quod Strabonis testimonium haud leviori certe indicio est, non ab Arabibus, voce *Gauli* corrupta, eodem vocatam fuisse nomine, uti Abela in sua *Melita illustrata* lib. I. Notit. X.pag.118. contendit, & alii scripserunt; sed ipsos illos vetustissimam insulæ appellationem a Phoenicibus primum inditam, constanter retinuisse.

Quae antiquissima insulæ denominatio si eo modo se habet, ut videtur; quonam pacto τὸ קלן Swintoni cum τῷ עודש Arabum, Straboni γαῦδος, bene componemus? Id equidem non video. Verum, utcumque illud sit, quod tamen aliquid est & non minimi momenti; quotumquemque futurum censemus, in id genus epigraphis legendis exercitatum, cui Cl. Swintoni lectio longius petita non videatur, quam postrema duo inscriptionis Punica, nempe ל *Lamed*, revera ferant elementa? Hæ namque Phœniciæ litteræ inter se tam similes sunt, quam quæ maxime, ut ante dixi.

nobis commonstrando, quos aliquando industriae nostrae quoquo modo aperiundos reliquissent;

Quod autem Cl. Pellerinio, qui id genus numos primùm Melitenses dixerat, *Recueil de médailles de Peuples* &c. Tom. III. pag. 59., deinceps vero mutata sententia, hæc docti Angli, non declarato tamen ejus nomine, conjectura arriserit; nihil moror. Quod si Cl. Swintoni sequamur lectionem, jam non Τὸ קלן, sed potius τὸ קנן erit legendum, quum penultima epigraphes littera, conformatione sua ab postremo nihil prorsus discrepet elemento. Consequens ergo fiet, ut ad eamdem τῶ קנן necessario deveniamus lectionem ab Cl. Dutensio tam male defensam, *Explication de quelques médailles Grecq. & Phénicien.* Dissert. I. pag. 59., quam sine ratione usurpatam. Atque ita in varias, easque secum pugnantes de hujusce epigraphes, ut & aliarum lectione sententias distracti, nulloque firmo ac stabili fundamento subnixi, commenta vero Antiquariorum ea de re opinionum sequentes, huc atque illuc tamquam incertis acti tempestatibus, perpetuo fluctuabimus. Quæ spes deinceps, quæ facultas veræ assequendæ lectionis nobis relinquetur?

Huic autem incommodo ut aliquid opis tandem afferatur, in ejus generis numorum ipsa illa epigraphe, quæ male ad unum omnes vexavit Antiquarios, explicanda, eaque ex ipsa Phoenicio-Poenorum characterum nativa indole rite eruenda, quid vetat, quo minus inscriptas numis iisdem litteras ᛋᛋᚴ, nihil aliud esse quàm Τὸ קלל, statuamus, idque vel maxime quod hac lectione admissa, quae non similitudine modo multum sese commendat veri, sed & quam longe cæteris jam recensitis epigraphes lectionibus præstare facile intelligitur, nihil amplius sit, quod nos moretur, uti ad quam gentem hi numi demum pertinuissent, tuto dignoscamus.

Ac mihi quidem in hac eadem amplectenda le-

profecto de iisdem litteris benemeritos fuisse, quem futurum censemus, nisi iniquum rerum

---

ctione nihil temere fecisse videor. Enim vero quid illud est Tò קלל *Qll*, seu QULL, vel CULL, una vero aut altera *vocali* his tribus *radicalibus* addita littera, ut moris est, nisi ipsum CULLU, urbs nempe Africæ, in sinu Numidico sita, uti pag. 393. adnotabam. Cujus urbis meminit Ptolemæus, *Geograph*.lib.IV.cap.III. pag. mihi 108., quam nomine quoque *Collopis magni* appellat; eamque ad latitudin. gradum 27. 30. ponit, longitudin. vero 32. 20. Χόλλοψ *μέγας*, ait ille, ἡ Κȣ́λλȣ, i.e. *Collops magnus*, *vel Cullu*; ut ab altera distinguatur *Cullu*, quæ parva dicitur. Ac de priore quidem non Ptolemæus modo scripsit, sed & Plinius, *Histor. natur*.lib.V.cap.III.edit Harduini, cujus vide not.13. pag. 245., mentionem facit, ut & *Antonini Itinerarium*, quod confer pag.19.edit. Wesselingii, ubi *Municipium Chulli* habetur. Adde & Iul.Solinum, *Polyhistor*. edition. Salmasii, cap. XXVI. pag. 35., qui inter nobiles Numidiae urbes eam adnumerat, & *purpureo fuco Tyriis velleribus comparatam* dicit. Confer ejusd.Salmasiii *Plinianas exercitation.* in eumd. Solinum pag.220. De qua urbe vide & Christoph. Cellarium, *Notit. orbis antiq*. lib. IV.cap. V. §. XII. seq. pag. mihi 902.=Mich. Anton. Baudrand, *Geograph*.voce *Cullu*.

Atque iis de CULLU, hodie *Collo*, & τῷ *Al*, Arabum more, praefixo articulo, *Al-Collo* dicto, animadversis, quod argumentum majus esse potest ad hanc ineundam rationem, quam ipse inii, & epigraphe nobis diserte enunciat, ut huic veteri & nobili oppido, Episcopali jure ac dignitate sub Carthaginiensi Archiepiscopatu olim gaudenti, nnmos plurimos, 𐤒𐤋𐤋, seu קלל QLL, inscriptos, eosque hactenus recensitos, fabricam vero Africanam omnino prodentes, adjudicarem? Haud longe certe ab ejusdem urbis appellatione non modo non abludit ipsa epigraphe, verum etiam

existimatorem, qui non sentiat atque percipiat? Quæ res tam clara est, ut oratione non indigeat.

---

una cum altera tam apte inter se cohaeret, ut si qui sunt, qui hoc vinculum dissolvendum putent, vel nihil vident; verbo absit invidia, vel inanibus aliquot Antiquariorum in eadem epigraphe resolvenda figmentis pascantur, oportet. Vel si quid melius vident, locum alium, ubi percussi hi numi tandem fuerint, nobis ostendant, cui epigraphe magis accomodate aptetur. Mihi vero, nisi me omnia fallunt, magna opinio est, ab hac nostra Phoenicio-Punicae inscriptionis interpretatione haud esse recedendum. Sed ea de re plura profecto quam volueram.

Ad reliquos autem, quorum pag. 407. meminimus, doctos viros nunc transeamus. Itaque quid Ill. Scipio Maffeius in litteratura Phoenicum potuerit, ex iis intelligere licet Phœnicio-Punico-Numidicis numis, quos in *Osservazioni Letterarie* Tom.v.Tabul.n.6—14. pag. 275—292. explicare aggressus est. Et principio quidem de Sidoniorum numo ex adversa, turrito capite muliebri conspicuo; ab aversa timonem exhibente, ac Phoeniciis septemdecim signato litteris, quas majorum gentium Antiquarii, declinante hoc saeculo, sed varia, eaque plane dissimili sententia deinceps exposuerunt, disserens Cl. Maffeius, statim labitur. Primum enim epigraphes verbum legit לצדום *Letsidom*, τὸ ו *Vau*, nobis obtrudens loco τῦ נ *Nun.*, cum sit legendum לצדנם, sicuti certissime in ea habetur inscriptione, quam aere incisam Cl. vir protulit, quamque integerrimam dicit. Quamtumvis licet haec falsa sit eruditissimi Antiquarii lectio, immo & barbara; nihilominus τὸ *Letzidon*, seu *Letsidon* ex ea depromendum retur pag. 277.; caeteras vero inscriptionis voces deinde sic describit, ut eo judice significent, nempe τὸ אם ככר *Am kakar*, i. e. eo interprete, *Mater regionis*, & τὸ אח אחת צר *Ach achat Tsor*. Quae postremae voces

Nos certe, Eminentissime Cardinalis STEPHANE BORGIA, in his Phoenicio-Punicis tractandis mo-

---

si ad verbum reddantur, huc recident, scilicet *Frater Sororis* (sed legendo אחות *Achot*) *Tyri*. At haec singula tam parum apte atque congruenter haud immerito videbuntur, ut plane *ἀσύςατα* dicenda sint. Quod in verbo ככר *Chichar*, seu *Kikar*, & non *Kakar*, *Orbis, planities*, significatus etiam insit τῦ *περιχώρυ*, *circumjacentis* cujusque loci, sive urbis, sive regionis, uti Genes. XIII. 12. converterunt LXX. Interpretes, non repugno; *regionis* vero proprie dictae, idipsum est quod nullo voluminum Hebraeorum testimonio comprobetur. Praeterea, quo demum pacto τὸ לצדנם, *Sidoniorum*, sicuti fert epigraphe, cum eadem lectione bene cohaereat, doctioribus viris id componendum relinquo. Quaecumque ea sint, & perperam lecta; tamen eamdem epigraphen sic generatim ipse exponit, ut *Sidonem*, *matrem regionis*, *fraternitatis affectum*, *quo Tyrum prosequeretur*, hoc demonstrare monumento voluisse, sibi videatur.

Quamvis scripturam nullatenus probem, quam Cl. Maffeius substituendam arbitratur, quippe cum in numi epigraphe ne minimum quidem, τῷ צר *Tsor* dempto, Phoenicium sit, quod sua lectione non depravarit; attamen, ut ingenue dicam quod sentio, in hac de Sidonis *fraternitate* cum Tyro interpretanda epigraphe, mihi quidquam videre videor, quod ad Phoeniciae inscriptionis, cujus explicatio omnes ad unum vexavit Antiquarios, quodam modo conferre dilucidationem possit.

Quid autem hujus rei sit; ut ex ipsa illa epigraphe bene declararem, numum, quem hactenus videre mihi non contigit, ad manus habere omnino necessum esset; quod equidem probe intelligo. Quam ego igitur viam heic tenebo ad illud recte declarandum? Num ad singula me epigraphes verba ex ejus ectypis,

numentis quantum iisdem Antiquariis debeamus, ipsi jam sentimus, agnoscimus, ac libentes pa-

quae Antiquarii produxere, accingam interpretanda? Quem modum si adhibeamus, verendum profecto, ne in exponenda epigraphe, Antiquariorum lectioni adhaereamus, quae omni errore non vacet. Nihilo secius, age dum, quamvis haec interpretandi ratio haud parum lubrica sit; quid tamen in Maffeii expositione ad similitudinem accedat veri, ex ipsis epigraphes ectypis jam vulgatis, brevi, quam poterimus, expendamus.

Atque plures esse Antiquarios video, qui epigraphen edidere. Statim enim illa mihi obversatur animo, quae Vaillantius, *Seleucidar. imperii*, in Antiocho IV. pag. mihi 200. protulit; at multo minus hac in re accuratus Hadr. Relando, *Palaestin sacr.* lib. III. pag. m. 1014., a quo Gessnerus suam deprompsit, *Numismat. Graec. Syriae* &c. Tabul. IV. n. 9. Mitto Erasm. Froelich, *Annal. compendiar. Regum... Syriae*, edit. Viennens. 1754. Tab. VII. n. 15=VIII. n. 30., virum caeteroquin doctissimum, sed in hac epigraphe aliisque id genus describendis monumentis mirum quantum indiligentem. Non praetermittendus autem Antiquarius alter, nempe Haymus; licet hoc in genere plus semel peccarit. Epigraphe tamen ab se recensita, *Thesaur. Britannic.* Tabul. X. n. 8. ad ipsas quam proxime accedit litteras, quas Relandus loc. cit., quas Arigonius, Tab. numorum Phoeniciorum *Musei* sui n. 9., quas Pellerinius, *Recueil de médailles de peuples &c.* Tom. III. Tabul. CXIX. n. 25.-*Supplement* IV. pag. 106.-*Additions aux neuf Volumes de Recueils de médailles* &c. pag. 43., in suis ectypis nobis tradiderunt.

Est quidem numus alter in antica, typo capitis muliebris turriti item signatus, pone autem litterae MA, loco cornucopiae, uti in Pelleriniano aliisque; in postica vero eamdem sistens epigraphen; eo tamen inter utramque discrimine, ut secundi versus littera

Jam profitemur. Tantum vero abest, ut eorum industriam contemnendam putemus, ut effici

quarta similis tertiae, nimirum ץ, seu ר *Resch*, quemadmodum habet Maffeianus numus, in locum ש seu *Schin*, suffecta legatur. Quod ab monetario, aut consulto, aut ejus errore factum putat Cl. Bayerius, *De la lengua de los Fenices* pag. 339., ubi utriusque numi typum aere incisum ibidem ante oculos ponit. Caeterum litterae MA, huic alteri numo inscriptae, an sint habendae pro monetarii nota, vel potius uti anni indicium, quo percussus numus a Sidoniis fuerit, ambigit Ill. Maffeius loc. cit. pag. 276. Qui tamen ab D. Massoni sententia, uti Haymus loc. cit. pag. 111. scriptum reliquit, alienus non esse videtur. Massono autem judice, hae Græcæ litteræ ad Sidonis urbis epocham sunt referendae, atque idcirco ad ejusdem annum 41. nos deducunt, seu Urb. Romæ conditæ 684., aeræ autem Seleucidarum, sicuti notat Maffeius, an. 242. Quam Sidonis epocham, antiquata jam eadem Seleucidanem æra, cœpisse an. U. C. 643., demonstratum ab Ill. Card. Norisio est, *Ann. & epoch. Syromacedonum*, Dissert. IV. cap. V. §. I. pag. 349. edit. Florentin. 1691., ubi hanc Sidoniorum urbis epocham in eorum numis primum omnium Scaligerum observasse, ille idem animadvertit. De qua II. epocha confer Cl. Eckhel, *Doctrin. num. vet.* part. I. Vol. III. pag. 367. seqq. Qua quidem posita numus, de quo agitur, in annum 70., vel 71. ante Chr. nat. esset referendus.

Et quoniam de epigraphes ectypo fideliter, uti videtur, descripto, non obscuri ac tenues, sed idonei atque locupletissimi testes nobis sunt, ut Relandus, ut Haymus, ut ipse Maffeius, ut Arigonius, ut Pellerinius & Perezius-Bayerius; non video quid tandem esse impedimento possit, quo minus illo ipso tamquam archetypo utamur, ut de hac Phoenicia inscriptione qualemcumque nostram dicamus sententiam.

non possit, quin eam commendemus maxime.

Quod si igitur sunt, tam male in hoscc Anti-

Atque in eamdem epigraphen studiose inquirenti, ejus interpretatio mihi semper visa est anteponenda, quæ sua sese potissimum commendaret formula in id genus vetustis monumentis usu recepta; ejusque lectio Hebraicis nostris hodiernis reddita litteris, nihil præ se ferret, quod ab Hebraeo-Phoeniciæ dialectus ratione non modo non alienum esset, sed etiam ipsæ sic descriptæ litteræ ad Phœniciæ epigraphes characterum vim atque nativam potestatem exprimendam accomodate aptarentur.

Qua re ita animadversa, quod sane in quæstionem esse veniendum nemo, nisi in hac litteratura & in vetustis evolvendis monumentis plane hospes, dixerit; facillime adducor, ut epigraphen legendam arbitrer, nempe = : לצדנם קשר שרק לקרת צר, *Letsidonim Qescher sciaruq leqareth Tsor*, i e. *Sidoniorum colligatio optima* (ac veluti *insignis*, seu *prope singularis*) *cum Tyro*.

Hac autem ipsius Phoeniciae epigraphes ratione descriptis ac lectis verbis, in quibus nihil reperire est, quod ad grammaticas leges non recte exigatur; per se patet eorum, quam expressi, expositio. Quid enim τὸ קֶשֶׁר *Qescher*, vel *Kescher*, hoc est, *Colligatio*, aliud esse potest, quam illud societatis vinculum, seu illa *Concordia*, quam Graeci ὁμόνοιαν dicunt, uti superius adnotavi pag. 351., quamque sollemnibus pactis urbes non vicinæ solum, sed etiam maxime dissitae inter se antiquitus sanciebant, vel renovabant. Hac autem concordia, tamquam cognationis & fraternitatis vinculo urbes sic junctæ, odiis depositis ac simultatibus, dissidiisque atque contentionibus, si quæ essent, de antiquitate gentis, de jure metropoleos, deque aliis, quæ ad sacra, ad asyla, ad ludorum communium prærogativas, &c. pertinerent, posthabitis; veluti soro-

quarios animati, ut de hac ipsa, quam investigamus, litteratura, ex eorumdem ad eam or-

res de rebus suis summo consensu atque affectu agebant, publicisque id fœderis genus declarabant monumentis. Quod præsertim quamplures numi in signum hujusce concordiæ varias inter, easque nobiliores urbes, vel initæ, vel restitutæ, publico ære percussi plenissime demonstrant. De quibus urbibus concordia junctis, consuli possunt Vaillantius in *Numismat. Imperator ... a Populis Rom. dition. Græce loquentibus, percussis*, pag. in. 221. seqq. = Ezech. Spanhemius, *De Præstant & usu numism.* Diss. XIII. §. IV. pag. 614—619. = Cl. Eckhel, loco ante cit. part. I. Vol. IV. cap. XV. pag. 331—341. = I.C. Rasche in *Lexico rei numar. vet.* Tom. I. part. II. col. 777—779.

Quum vero hoc vetus urbium atque earum usitatum institutum mutua sese, communi civium bono, concordia jungere, cum veterum scriptorum auctoritate, tum ipsis numis testata res sit atque explorata; quid mirum, Sidonios hujusce ὁμονοίας cum Tyriis hoc Phœnicio, de quo agimus, numismate, concordibus procuso suffragiis, monumentum nobis reliquisse? Quod enim Tyro, urbi quidem celebratissimæ, Sidonis autem filiæ, uti multis visum est, cum matre de antiquitate in primis contentiones sæpe fuissent; ex Strabone, *Rer. Geograph.* lib. XVI. pag. 1097. al. 759. intelligimus. Ait enim: *Controversum manere, utra earum Phoenicum metropolis dici debeat*. Ac longe etiam ante Strabonis tempora, uno nimirum & medio circiter sæculo, etsi Sidon metropoleos dignitatem quodam jure sibi adrogaret; sed nihilo secius ipsa Tyrus de eadem jam nunc gloriabatur. Idque ex bilingui cumprimis constat numo Graece & Phoenicie exarato, Antiochi IV., cognomento *Epiphanis*, nomine inscripto. Quem numum Cl. Barthelemyus, ut alios omittam Antiquarios, primum vulgavit atque interpretatus est in

nandam atque illustrandam conatibus, judicium ferendum sibi sumant; eamque idcirco ad Cim-

Diario eruditorum, seu *Journal des Sçavans*, mens. August. an. 1760. in-12mo. Tabul. n. 2. pag. 1520—1522., & deinde in Actis Academ Reg. Paris. Inscript. Tom. XXX. pag. 414. seq. Tabul. II. n. 5. pag. 427. In cujus numi parte antica, caput ejusdem Antiochi visitur corona insignitum radiata cum diademate: ex postica = ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΤΥΡΙΩΝ, i. e. *Regis Antiochi Tyriorum*, cum prora navis & gubernaculo; subtus hæc habetur Phoenicia epigraphe: = לצר אם צדנם, *Letsor am Tsidonim*, hoc est, *Tyri*, *matris Sidoniorum*, uti recte legit atque vertit Cl. Barthelemyus, & apposite admonuit Cl. Eckhel, loc. cit. part. I. Vol. III. pag. 408; male autem interpretatur Cl. Tychsen, ut infra dicetur.

Hæc vero de jure metropoleos contentio, & id genus aliæ, ut paullo ante aiebam, Sidoni cum Tyro quantæcumque haud raro fuissent; interdum tamen communi suæ consulentes utilitati una convenisse, & moneta publica illam, tot urbium illustrium & vicinarum & remotissimarum exemplo, prodidisse *ὁμόνοιαν*, equidem crediderim. Quid, tot clarissimæ urbes in primis Syriæ dictæ Tetrapolis, ut Antiochia apud Daphnen, Seleucia in Pieria, Apamea & Laodicea, hoc fœdus amicitiamque una secum fecissent; (hae namque, Strabone teste, loc. cit. pag. 1087. al. 749., Ἅιπερ καὶ ἐλέγοντο ἀλλήλων ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, *dicebantur inter se tamquam sorores propter ὁμόνοιαν*, seu *concordiam*;) Tyrus vero & Sidon illud concordiæ fœdus neglexissent? Vix equidem dubitarem, quin ex aliquot & Tyri & Sidonis numismatis, quæ haud parvo sunt numero, sed ab Antiquariis recensita nunc adeundi otium non est, ejusmodi concordia evinceretur. Verum quid multis est opus? quum ex Phœnicia, de qua sermo est, epigraphe res ipsa satis ostendatur.

Est id quidem, sicuti mihi videtur, non obscure

merias, quas aiunt, tenebras aeternum relegandam, quippe ab doctorum virorum nemine

eadem epigraphe demonstratum. Attamen haud scio, an sint futuri, quibus hæc nostra non omnino probetur interpretatio. At enim, inquient, etsi τὸ קשר *Qaschar*, *Ligavit*, *alligavit*, *obligavit*, *colligavit*, proprie significet, ut Genes. XXXVII. 28. = Deuteronom. VI. 8. – XI. 18. &c., nihilominus per metaphoram transfertur potissimum ad illam animorum rebellionis ergo colligationem, qua quis *Consensit*, *conjuravit*, *rebellis fuit*, ut II. Reg. XV. 27. –= IV. Reg. cap. XXI. 23. & alibi passim. Non utique repugno. At ut res ea sese habeat; quin τῷ קשר subjecta illa etiam sit animorum concordiæ significatio, seu illius fraterni amoris conjunctionis, quo propinquos prosequamur, negari profecto nequit.

Ecce exemplum ac testimonium ejus rei, quam quærimus. De Ionatha dicitur I. Reg. XVIII. I. quod *Anima ejus* נקשרה *ligata esset cum anima Davidis*. Quod verbum *Niqscherah* Targum Ionathanis recte exponit per τὸ אתחביבת *Ithhhabibhath*, i. e, *Amore conjuncta*. Quod ad locum Geneseos XLIV. 30. Paraphrastes Onkelosus & Syrus Interpres item fecerunt, τὸ קשורה *Qeschourah*, hoc est *colligata*, reddentes per τὸ חביבא, ܚܒܝܒܐ, *Hhabhibha*, seu *Hhabhibho*, i.e. *Cara*, *dilecta*. Ex quibus sane locis, eum verbi קשר sensum ac vim eam quoque esse, ut animorum prope intimam concordiam significet, recte colligitur. Itaque non sine teste, neque improprie idem verbum ad *colligationem*, seu societatis vinculum, illam nempe ὁμόνοιαν, de qua paullo ante dictum est, transferendum existimavi. Habemus de hoc verbo, cognoscamus de cæteris.

Ac quidem singula cum ad ipsas numo inscriptas litteras, tum ad alias dictiones spectantia, si minuta ἀναλύσι ad calculos vocarem, plus æquo longus essem. Rem paucis saltem comprehendam, necesse est. Igitur

in aliquam lucem adhuc revocatam, pugnent; ii paucis sic habeant: per me licet, hisce epulis

---

de τῶ לצדנם *Letsidonim* deque τῶ צר *Tsor*, nullus est Antiquariorum, qui dubitet, quin ita in epigraphe sit legendum. In reliquis vero dictionibus enucleandis nodus si quis restat expediendus, ad litterarum in primis ✕, ש, & ץ, potestatem rite definiendam, eum pertinere nemo est, qui non videat. Ex iis namque tota pendet vera epigraphes explanatio. Sed & facilis atque expedita res est, si modo ad unos characteres, ק, ש & ר, *Qoph*, *Schin* & *Resch*, easdem omnino esse revocandas litteras, quemadmodum fecimus, bene advertamus. Neque in Phœnicum monumentis exempla desunt, quibus has & illas litteras eadem plane vi atque potestate gaudere, ostendatur. Et sane prima littera, quæ hac ipsa forma ✕, tum etiam ista ϒ in Cossurensibus præsertim numis comparet, ne ullum quidem locum amplius habet dubitationis, quin sit τὸ ק *Qoph*. De qua littera ϒ, ad earum classem referenda, quae formae etiam sunt ambiguae, jam satis supra dictum est pag. 423—524.

Ad litteram ש venio, quæ tam dubiæ quoque est formæ, ut modo ad מ *Mem*, ad ס *Samech* modo, modo denique ad τὸ ש *Schin* referri possit. Quod si pro *Samech* ea sumatur littera, ut in διγλώττῳ, seu bilingui Phoenicio-Punice nempe & Græce inscripto Melitensi lapide, de quo pag. 93. 147. seq., 153. egimus, formata apparet, & eam reputat Cl. Bayerius, loc. cit. pag. 339. seqq.; non equidem video, quid inde lectio nostra τῦ קשר detrimenti pateretur. Hæc enim duæ litteræ ס & ש, quippe ejusdem, ut aiunt, organi, inter se facillime permutari, unamque pro altera plus semel in sacris Hebræorum voluminibus poni, tam notum est, ut nihil magis. Verum in hac eadem numi littera ש, potiori jure agnoscerem τὸ *Schin* ш Samariticum, seu Phoenicium W. Hujusnamque ш formam idem elemen-

ipsi delectentur. Et quoniam adversus hos plura alias diximus; eaque, ut nobis videtur, satis cu-

---

tum ש interdum æmulatur; sive dextra sua cauda atque hasta intermedia, sed magis inferne producta, sursum versus arcuatum, hoc modo ח, uti in laudata Melitensi inscriptione quoque cernitur, destitutum sit, sive utraque tamquam fulcro innixum idipsum more suo incedat.

De epigraphes duodecima littera quid eloquar? Apud Pellerinium ea producitur forma, quæ ab τῷ ל *Lamed*, deorsum versum nihil discrepat. Apud Perezium vero Bayerium ad formam τοῦ ב *Beth*, vel כ *Caph*, accedere videtur. Doctus ille idem vir eam quidem habet pro littera ט *Teth*, sed suo potius arbitratu, quam aliquo id genus monumento fretus. Hæc namque forma litterae in nulla, quod sciam, Phoenicio-Punica epigraphe, nisi hoc in Sidoniorum numo hactenus sese obtulisset. Verum quod ipsam illam litteram sive pro ל, sive pro ב teneamus, legendo לקרת, vel בקרת; eodem utique recidet sensus epigraphes.

De altera littera 9, tertiae insculpta dictioni, quaeque sub triplici forma, eaque plus aut minus varia, in hac epigraphe cernitur; quod quidem in id genus monumentis quandoque videre est; non est quod dicam. Eo namque loci ad τὸ *Resch*, eumdem esse referendum characterem, manifestum apparet. De qua littera confer quod superius adnotavi pag. 423.

Restat, ut de duobus, quæ supersunt litteris, nempe ⅄, Κάππα Græcorum inversum referentibus. De quibus brevitatis ergo pauca mihi esse dicenda intelligo, eo etiam magis, quod Cl. Pellerinius, *Lettres* &c. Epist. I. Tab. III. n. 35. pag. 37. not., hanc eamdem litteram ⅄, idipsum ר *Resch* omnino exhibere, uno aut altero numo demonstravit. Ea tamen res egregium virum fefellit, quod ad Macharensem numum a Cl. Barthelemyo vulgatum, *Mémoires de l'Acad. des In-*

mulate; quid adhuc quaerimus? Nos interim instituto pro virili servientes nostro, quae reliqua

script. Tom. xxx. Tab. II. pag. 427., ipse ibidem provocarit, perinde ac si formæ ɣ modulum eadem præferret littera, quæ certe non aliam atque aliam in hoc numo, quam consuetam servat, nimirum ab τῷ 𐡓 *Resch*, nihil ferme abludentem, hoc modo nempe q.

Atque ex his, quæ de Phoenicia epigraphe constituta hactenus sunt, satis intelligitur, in ea me declaranda non solum ostendisse quid Ill. Maffeii conjectura similitudinis præ se ferret veri, quemadmodum initio dicebam; sed & ab Cll. virorum Pellerini, Perezii-Bayerii ac Tychsenii quam longissime abiisse explanatione. An vero res mihi felicius cesserit, eruditorum hominum facio judicium. Interim res omnino poscit, quum in eo me argumento versari videam, ut exponam brevi rationem, quæ me induxerit, ut ab iisdem doctissimis Philologis in epigraphe exponenda tantopere dissentirem.

Et primo quidem, quid in numi Phoenicio interpretando epigrammate fecit ipse Pellerinius, locis supra citatis, scilicet pag. 442.? Mente revolvens quæ de Sidoniis exulibus, a quibus Aradum conditam aiunt, ut tradit Strabo loc. cit. pag. 1093. al. 753., ad eosdem numum referendum atque ab iis Aradi percussum ratus, lectionem commentus est grammaticæ rationi, uno aut altero dempto vocabulo, plane adversam, idcirco eorum nulli, qui Hebræo-Syro-Chaldaicam linguam sapiat, usquam probandam. Sic enim epigraphen legit: = לצדנם קם רם בקב קרת צר. i.e. eo interprete: *Sidonii olim projecti per, vel propter execrabilem (vel maledictam) Tyrum.*

Dixissem ego τὸ *Sidoniorum*, habita ratione *Articuli* ל *Lamed*, τῷ צדנם *Tsidonim*, præfixi; qui certe in casu recto nunquam usurpatur apud Hebræos, Chaldæos & Syros; ad quorum sermonis normam Phoenicia diale-

maneant hoc postremo declaranda paragrapho, sedulo persequamur.

ctus omnimode exigatur, necesse est. Idem *Articulus* cum verbis semper coalescens, si usquam locum habet, & sæpissime habet, in casibus obliquis tantum adhibetur, atque *Genitivi*, ut aiunt, *Dativi* &c. nota est. Sed hæc non tanti sunt, ut eis immoremur; pudetque me in hisce rebus expediendis versari. Cl. vero Pellerinium illud tandem animadvertisse, ex altera colligendum mihi videre videor epigraphes interpretatione, quam sese ad verbum reddidisse scribit, *Additions aux Recueils des médailles* pag. 43. seq., quaeque sic habet: = *Sidoniorum antea projectorum in Lupanar urbem Tyrum*.

Ac de cæteris epigraphes verbis videamus. Quod τὸ קם *Qam*, per syncopem contractum sit ex adverbio קדם *Qodam, Ante, pridem, olim.*, eoque modo ab Talmudistis & in Hierosolymitana dialecto usurpetur; repugnare nolim. At, etsi Buxtorfius, cujus hanc in rem testimonio utitur Cl. Pellerinius, illud tradat in *Lexico Chald. Talmud. & Rabbin.*; est tamen ab eodem lexicographo observatum: „ קם vel קום, separatim nunquam, sed semper cum Affixis usurpari, ut קמוהי „ קומוהי, *Ante eum*, *coram eo*. „ Quamobrem haud immerito dubitare licet, an hæc lectio sit ferenda. Utcumque vero eadem prorsus improbanda videatur; nihilominus hæc Cl. Pellerinio detur.

Quid vero de τῷ רם *Ram*, sive *Rom*, deque τῷ בקב *Beqobh*, dicendum nobis erit? quorum alterum *Projecti*, alterum *Per*, vel *Propter execrabilem*, vel *maledictam* Tyrum, aut, sicuti postea sibi visum est, *in Lupanar* &c., Cl. vir interpretatur. Quonam pacto haec defendi possint, vix ac ne vix quidem intelligitur. Quod namque primum spectat verbum, nempe רם, sic decurtatum atque mutilatum, quid, quaeso, aliud est, nisi plane βαρβαρικῶς, seu *barbare* sonans?

Sed de iis doctis Antiquariis, qui illa ipsa, quam hucusque percurrimus, aetate floruerunt, hacte-

At τὸ רם, inquit ille, quum a themate רמה *Ramah*, quod est *Projicere*, deducatur; praeclare secum agi arbitratus est, si ad illud idem vocabulum, τȣ̃ *Projecti* significationem traheret. Quapropter parum sollicito, an τὸ רם in numero *singulari* cum *plurali* צדנם, i. e *Sidonii*, bene concordet, nec ne; nullum ei suboritur dubium, quin eo sensu, quo illud est interpretatus, accipi debeat. Lectori autem suo se credidit satisfecisse, dum ex Cl. Barthelemyo sumens exemplum sibi, ait, omnes & singulos apud Phoenices loquendi modos perspectos non habere atque exploratos.

Verum apage has de Phoeniciae dialecti ignoratione, quas Pellerinius praetendit caussas. Quae sane, pace ejus dixerim, hominis sunt in Hebraeo-Syro-Chaldaico sermone nihilominus quam exercitati. In quas profecto Phoeniciae dialectus rationes si aliquanto diligentius ipse inquisivisset, utique nullo intellexisset negotio, loco τȣ̃ רם *Ram*, vel *Rôm*, cujus propria significatio est *Excelsus*, *altitudo* &c., Phoenices Sidonios in sua epigraphe scripturos fuisse τὸ רמוים *Remouim*, quod Syri τὸ ܪܡܝܢ *Rmen*, & Chaldaei רמין *Remain*, i. e. *Projecti*, pluraliter dixissent; in numero autem *singulari*, Hebr. רמוי, Syr. & Chald. ܪܡܝܐ & רמא. Harum enim linguarum usu atque ope, sed earum grammatica semper servata analogia, ejusmodi epigraphas omnino explicandas esse, & explicari, atque Phoeniciae dialectus indolem dignosci posse, jam ante & satis copiose demonstratum a nobis est.

Habeamus nunc de vocabulo altero, in quo & duobus, quae sequuntur, videlicet קרת צר *Qereth Tsor*, nihil reperio quod ad Hebraeorum dicendi modum non accommodetur quidem; sed ita haec sunt comparata, ut Pellerinii interpretationi respondere nullatenus queant. At enim si ad verbum converta-

nus. Caeterum, quantum in hoc studio profecerint, illorum eruditorum hominum erit judicium,

---

tur τὸ בקב קרת צר, eo tantum harum vocum expositio recidet, nempe *in maledicendo*, vel *propter*, vel *ad maledicendum* urbi Tyro. Cui vocabulo בקב, non aliter interpretando, consonum illud est, quod Numer. XXIII. II. de Balaamo narratur, qui a Rege Balac jussus, ut לקב *Laqobh*, *Malediceret* Iacobo & Israeli; divino autem inspirante numine omnia fausta precatus est eis. Hujus etiam est simile, quod paullo ante eidem Regi Balaamus responderat vers. 8. מה אקב לא קבה אל: . i.e. *Quomodo*, (vel *Quorsum*) *maledicam cui non maledixit Deus?*

Quam igitur longe abest, quin τὸ *maledicere* idem omnino sit ac τὸ *execrabile*, aut *maledictum*! Neque apud Hebraeos, quibus solis idem verbum hoc in sensu est usitatum, exemplum ullum reperire est, quo τὸ קב, *Maledixit, execratus est, diris devovit* &c., modo *activo* & *passivo*, ut loquuntur Grammatici, unquam usurpetur.

Falsum praeterea est τὸ קב *Qabh*, esse *participium a verbo* קבה, *Execrari, maledicere*, ut loc. cit. *Supplement* IV. pag. 106. scribit Pellerinius. Longe melius dixisset קבב, cujus *participium* in *Benoni* est קובב & קובבה, in *Paoul* vero קבוב & קבובה. Ut igitur Pellerinii interpretationi, quam primùm protulit, sua constaret auctoritas, aut saltem aliqua ratio; in epigraphe legatur oportet, & quidem in genere feminino τὸ בקבובה *Beqebhoubah*, verbo in τῷ *Paoul* deducto a radice קבב *Qabhabh*. A themate vero נקב *Naqabh*, ut aliquibus placet, (si τὸ בקב, quemadmodum Pellerinius legit, verbum derivatum ponamus,) legendum certe fuisset בנקובה *Beneqoubhah*. Alterutro autem modo haberemus *Ob*, vel *Propter*, *Per maledictam*, aut *execrabilem* urbem Tyrum. Et quoniam epigraphes scriptio hoc & illud

qui subjectas qualescumque nostras in eosdem Antiquarios legent animadversiones.

---

verbum sic exprimendum nequaquam patitur; consequens fit, ut Pellerinii non solum lectionem, sed etiam interpretationem, quippe ab Hebraeorum loquendi modo, idcirco ab Phoeniciae dialectus ratione prorsus abhorrentem rejiciamus.

Neque sua sese magis commendat veritate, altera, quam post commentus est ejusdem vocis בקב interpretatio, nempe *In lupanar*, quod Hebraeis est קבה *Qubah*, Syris ܩܒܘܬܐ *Qbuth*, Chaldaeis קבא & קבתא, *Quba* & *Qubta*. Quamobrem non miror, ab Cl. viro Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part.I. Vol.III. pag.406. seq., hanc & illam Pellerinii epigraphes expositionem merito reprobari. Quo eodem loco jure etiam quaerit, Sitne, ait ille, verisimile a Sidoniis finitimam &
„ cognatam Tyrum in monumento publico dictam
„ fuisse execrabilem, aut adeo *lupanar*? Nullum me
„ teste, subjungit ille, exstat testimonium veteris in-
„ stituti, aut ut planius loquar, nullus extat antiqui
„ operis numus, qui doceret, populorum iras, odia,
„ contentiones aeternis monumentis commendatas.
„ Multa habemus in numis veteribus stabiliti inter
„ urbes foederis, pacis, concordiae argumenta;
„ qui discordias atque inimicitias capitales proderet,
„ dempto hoc, si Pellerinio credere mavelis, nul-
„ lum habemus „. Cui erudito Vindobonensi Antiquario eo magis assentior, quod Pellerinius ipse in hac exponenda Phoenicia inscriptione viam sibi aperuerit nemini doctorum hominum hactenus cognitam, cum Grammatices praesertim Hebraicae regulis nullo unquam tempore componendam.

Hac tamen in re si quidquam consequutus Cl. Pellerinius est, omne illud ad unius aut alterius litterae ejusdem epigraphes, nempe 𐤒 & 𐤓, seu ק & ר, *Qoph* & *Resch*, veram determinandam potestatem pluri-

Haec porro a me in adnotationibus ad imas de industria remissis paginas , observata , sa-

---

mum valet . Id unum porro si excipiamus , in lectione ab se instituta nihil omnino est , quod suam de Sidoniis exulibus , ad Aradum insulam profugis , ubi numum procuderint , conjecturam tueatur .

Atque de hac ipsa epigraphe restat expediendum mihi quod in ea declaranda , sicuti paullo superius dicebam , tentarunt duo Cl.viri Perezius-Bayerius & Tychsenius .

Ac Bayerii quidem,*De la lengua de los Fenices* pag. 339-344.lectio illud statim habet incommodi, quod ad formulas vetustis id genus epigraphis addictas , minus congruenter aptari videatur.Praeterea,ut sensum qualemcumque ex iis , quæ in epigraphe sibi legenda retur , eliciat ; ad immutationes in eorum litteris necessario adstringitur inducendas ; quarum una,sicuti paullo infra demonstrabo , & Hebraeorum & Syrorum & Chaldaeorum tam dicendi , quam scribendi rationi omnimode adversatur . Epigraphen vero sic legendam censet = לצדנם אספסב אט אפת צר , *Letsisidonim Asaphsúb et épheth Tsór* : i e , ut ipse vertit , *Sidoniorum collectio magna in aerarium Tyri* .

In hac autem epigraphes lectione si quid revera occurrit,quod quicquam facessat negotii , ad penultimas tantum tres dictiones spectare , facile intelligitur . Et quia τὸ אספסב *Asaphsúb* , nisi in duas discretum habeamus voces , nempe אסף *Asaph*,& סב *Sabh*, quod est *Collegit & circuivit* , neutiquam vero *Collegit & circum* , vel *circumquaque* , uti contendit Cl. Bayerius pag. 341. ; nam τὸ *circum* , aut *circumquaque* Hebraeis est כביב *Sabhibh*:quia,inquam,τὸ ASAPHSUB verbum prae se fert , non dico inusitatum , sed & Hebraeis , Chaldaeis ac Syris plane inauditum ; nihilominus , ut illud idem lectioni suffragari suæ ostendat doctissimus Bayerius , ad postremae hujusce

tis essent, opinor, ad ostendendum quid tandem ejusdem aetatis Antiquarii hac in litteratura or-

---

verbi litterae enallagen confugit, ei suffecto τῷ פ *Phe*, in locum τῦ ב *Beth*. Quasi אסבסף *Asabhsuph*, non אספסב *Asaphsub*, fuisset aut scribendum, aut legendum. Quamobrem ex tam insolenti dictione, eo tamen, sicuti Cl.vir opinatur, lecta modo, illam ipsam hauritur, quam interpretatur *Collectio magna*. Cujus quidem vocis expositionem Numeror.loco cap.XI.v.4. confirmandam sumit Cl.Bayerius; ubi non ואה ספסף *Veahsaphsuph*, uti ipse ibidem minus recte scribit, sed והאספסף *Vehasaphsuph*, legitur; quod Vulgatus interpres reddit per *Vulgus promiscuum*, a quo non abludunt antiqui Interpretes, ut Lxx., Syrus, Arabs, Onkelosus, & Samaritanus.

Verum, admissa illa litterae ב *Beth*, & פ *Phe*, inter se ἐναλλαγῆ, quae apud Hebraeos cumprimis certe locum habet; id ipsum אסבסף sit *Collectio magna* (scilicet populi, quemadmodum Sanctes-Pagninus noster illud reddit), immo etiam sit *Tributorum*, aut *vectigalium collectio*; ecquis a nobis extorqueat, τὸ את אפת *et ephet*, τὸ *In aerarium* significare. At enim τὸ אפת quod attinet, si quid valeat, ad Chaldaismum omnino revocetur, necessum est. Qua quidem ratione non aliter scribi ac dici posse, quam voce unis solis Chaldaeis usu recepta, nempe אפתם, seu אפתום, *Aphtom*, i. e. *Aerarium*, *thesaurus*, *census annuus*, vel *tributum*, uti I.Esdrae IV.13. habet Vulgata nostra, tam certum est, ut nihil supra. Igitur Cl.Bayerii lectio *Epheth*, vel *Opheth*, quum a veteri scriptura אפתם *Aphtom*, longe aliena sit Chaldaeorum; non est quod unquam admittatur. Neque alio modo eamdem vocem scribunt doctores Judaei, ut R.Salomon, dictus *Raschi*, ut Aben-Ezra, in suis expositionibus ad locum Esdrae indicatum, immo & ipse R.David Kimchi, ad quem provocat Cl.Bayerius; nec aliter eamdem vo-

nanda atque amplificanda revera potuerint. Si non magnos atque uberes, aliquos tamen ex eo-

cem expressit in extremo suo ספר שרשים *Sepher scharaschim*, seu *Libro radicum*. Neque discrepant Elias Levita, David Cohen de Lara & Nathan ben Iechiel in suis Lexicis. Accedit, quod si Cl. viri lectionis habenda sit ratio, Tyrum ipsam vetustate originis, coloniarumque deductione celeberrimam, vectigalem suam Sidonem ipsam fecisse, ea scilicet aetate, qua numus procusus fuerit, esset ponendum. Quod tamen nullo, nisi maxime fallor, veterum scriptorum testimonio demonstrari potest. Nimirum ex utriusque urbis nomine signatis numis id saltem non adparet; neque hanc in rem quidquam profert Cl. Bayerius, quo illud comprobetur. Quamquam Tyrum Sidonis aemulam fuisse satis constet. & longe vetustioribus temporibus Sidoni aliquando imperasse ipsa videatur, uti infra dicemus. pag. 463.

Ne longus sim, praetereo alteram ejusdem sui τῦ אפת *Epheth*, vel *Opheth*, interpretationem, quam praeeunte R. Davide Kimchio admitti posse censet egregius Bayerius: videlicet, eodem Kimchio auctore, τὸ אפתם idem est ac *Robur*, seu *Arx*. Quare loco τῦ *Tributi*, vel *Aerarii*, dicetur *para la fortaleza o fortificacion de Tiro*, & Latine *ad munitionem Tyri*, vel *ad muniendam Tyrum*. Haec vero quantumvis ingeniose excogitata, cum τῷ *Epheth* doctissimi Bayerii, quippe voce semibarbara, non modo non componi, sed etiam ne vix quidem possunt cum τῷ אט *Et*, uti nunc demonstraturus sum.

Enim vero, quod hanc ipsam suam lectionem cumprimis efficit, ut ita dicam, plane heterogeneam, est illud אט *Et*, prorsus inconsuetum; quasi non aliud esset atque *Articulus*, aut *Praepositio* Hebr. pro את *Eth*; idcirco exponi posset per τὸ *in*, vel *ad*. Et profecto illud ipsum quoque est, quod si Cl. Bayerio daretur,

rum lucubrationibus cepimus fructus. Videlicet eorum laborum atque vigiliarum fructum tulisse

---

omnesHebraici sermonis mystæ non sine injnria reclamarent. Quod τὸ את *Eth*, Hebraicum, Chald. ית *Iath*, sive pro *Articulo*, sive pro *Praepositione*, ut ajunt sumatur, hanc extremae suae litterae enallagen, euphoniae caussa unquam subeat, quam Cl.Bayerius ponit, & satis operose frustra defendendam suscipit; nova res est atque Hebraeis ac Chaldaeis omnino inaudita.

Certe nimis insolita est τῦ אט in τὸ את ab Cl.Bayerio, lectionis suae multo studio atque labore susceptae tuendae ergo, nemini vero hisce dedito litteris unquam probanda, excogitata ἐναλλαγὴ. Miror sane, egregium virum Hebraicis in rebus versatissimum, & in hoc studiorum genere semper non sine honore nominandum, illud non animadvertisse. Sed quoniam epigraphes litteras, ࠓ, ࠔ, & ࠕ, de quibus supra dictum est pag.448. seu ר, ש, & ק, secus omnino legendas existimarit, quam earum vera ferret ratio; in eos impegit scopulos, quos ut evaderet, omnem viam sibi interclusisse dicere ausim.

Atque haec animadversa mecum ipse reputans, sic afficior, ut altera epigraphes explanatio ab Cl.Tychsenio tentata, haud magis mihi probanda videatur. In sua autem ab Cl.Bayerium Epistola, Butzovii XIIX. Decembr.1785.data, ejusdem Bayerii *Numorum Hebr. Samaritan. vindiciis*, cap.III.pag.55-60. inserta; de hocce Sidonio numo, verba faciens, non sine ratione primum observat Cl.Hispani epigraphes interpretationem a genio linguae & ab usu in numis recepto abludere sibi videri. Deinde vero suam proponens, ait pag.56. "Crediderim potius, numum in Cimeliarchio „ Augustissimi infantis asservatum....ita explicandum „ esse: לצדנם אם כָּכב אל אכת צר, *Sidoniorum As* „ *Stellatus ad qualitatem Tyri*, hoc est; *As Stella-*

nos, haud exiguum reputo, quod evanescentia in dies id genus monumenta ab interitu vindica-

---

„ *tus* (אשתירא ἀςὴρ sive ςατὴρ) *Sidoniorum ad pre-* „ *tium pondusque a Tyriis constitutum exactus*. In „ Pellerinii numo, subjungit ille, lineae secundae 𐤌𐤀 „ 𐤓𐤔𐤊 verba legi possunt אם כשר (ut Froelich *An-* „ *nal. Reg. Syr.* Tab. VII. n. 15. ultimam litteram 𐤓, ר „ expressit) As probatus *sive* rectus *etc.* „ Haec Cl. Tychsenius. Cujus lectionem inventam quidem ac excogitatam subtiliter video. Verum, quamquam illa aetate Sidonii hunc suum numum percusserint, & quidem cum propria sua epocha Graecis signata litteris, sicuti ante vidimus; erunt tamen, qui in disceptationem jure vocent, an in eo cudendo, vocabulum illud, quale est τὸ As, immane quantum ab Phoenicia abludens dialecto, ipsi unquam usurpassent. Quid? si τὸ As, cujus vocis originem ab Tarentinis & Siculis, praeunte Salmasio, repetendam censet Ottho Sperlingius, *Dissert. de numis non cusis cap.* XXXIII. quodque apud veteres Romanos erat certum pecuniae genus, sed non unius semper ponderis ac mensurae, nihil aliud est, Cl. viri sententia, atque ἀςὴρ, i. e. *Stella*; cui bono illud quoque τὸ ככב *Cocabh*, seu *Stella*, vel *Stellatus*, quod in numo sibi legendum comminiscitur eruditus Tychsenius? Haberemus ergo, eo ipso judice, in numi epigraphe τὸ *Sidoniorum Stella stellae*, seu *Stella stellata*? Quae lectio quam sit inepta, nemo non videt. Sed fac, idipsum אס As, idem fuerit ac τὸ אסתירא, *Istera*, (non vero אשתירא, *Ischtera*, uti ipse scribit,) sive Graecum Στατὴρ, numi, vel monetae species, cujus valor, Talmudistarum opinione, erat פלגא דזווא *Palga dezouza*, i. e. *Dimidium drachmae*, vel octava pars Sicli sacri, sive Tetradrachmae, sicuti animadvertit Buxtorfius in suo *Lexico Chald. Talmud*. Quinetiam ponamus, τοῦ אס, vocabulo indicari posse τὸ איסר, אסור, אסר, *Assar*,

rint. Accedit, quod ea inscripta monumenta, sive metalla, sive lapides in lucem emittendo,

---

seu *Assarium*, ἀσσάριον, seu numulum monetae vulgaris minimum, vel denique τὸ אספיר *Aspher*, parvae monetae nomen, quemadmodum ab eodem Buxtorfio loc.cit. observatum lego. Quid inde? Ergo ne Sidonios numum suum hoc, vel altero inscripsisse dicemus vocabulo, quod longe posteriori aetate ab Talmudistis usurpatum reperimus? Nisi sint futuri qui, cum in Syriaca Evangeliorum primo Ecclesiae saeculo sine dubio elucubrata translatione, Matth.cap.x.29. & Luc.xii.6., ܐܣܪ *Assor*, & ܐܣܪܝܢ *Assorin*, seu *Assarius* & *Assarii*, exiguae monetae genus, legatur; idem vocabulum אסר non Talmudistis modo, sed & multo antea Syris, adeoque ipsis conterminis Phoenicibus non infrequens fuisse contendant. Per me vero stet res ista; modo tamen accipiatur uti in se est. Etenim quod ab Alexandri Magni inde aetate & insequentibus praesertim temporibus, Syri Graeco-Macedonum imperio subjecti, non pauca Graeca vocabula in suam invexerint linguam, facile patior, quippe quod id satis exploratum est. Qua de re confer quod superius adnotavi pag.204.seq. Quod vero Phoenices Graecorum quoque jugum passi, ἑλληνισμῷ suam immiscuissent dialectum, non item liquet. Quamquam nulla lingua tam pura est, quin cum peregrinis alicubi loquatur & loqui cogatur; nihilominus magnopere equidem dubito, an aliquod Phoeniciae gentis supersit monumentum, quo res commonstretur. Etsi quoque *Aera Seleucida*, sic appellata, ut fuit ab Seleuco Nicatore instituta, Phoenices uterentur, & numos quamplures suos Græce tantum signarent, alios autem partim Graeca, partim propria sibi cudi facerent lingua.

Sed quocumque demum modo *Assariorum* verbum, quo Scriptores sacri Novi Testamenti Graeci, & Syriaca hujus interpretatio, locis citatis, & ipsi illi Tal-

quemadmodum in genuinis ab spuriis rite internoscendis docti iidem Antiquarii, ut certe erant

---

mudistae usi sunt, accipiendum veniat; sive ab ἀσσαρίῳ originem ejus arcessamus Graecorum, uti in sua *Adpendicula altera ad numismata Graeca urbium & populorum* pag. 32. seq. ostendit Cl. Joseph. Khell; sive demum ab Asse Romanorum, quod multis & inprimis Otthoni Sperlingio, loc. ante cit. visum est; utcumque, inquam, illud sit, nullo vetere nobis constat monumento, id vocabuli genus in suam dialectum Phoenices aliquando recepisse; multo minus aliquot eorum numos hac inscriptos fuisse voce. Itaque nihil facit Cl. Tychsenius, dum ejuscemodi Graecis vocabulis lectionem τῦ As firmandam sibi sumit.

Quorsum praeterea illud spectet, quod nobis obtrudit, τὸ ככב *Cocabh, Stella*, seu *Stellatus*? Quasi numus, de quo agimus, impressam alicujus stellae imaginem prae se ferret, & Assis stellati adeptus fuisset appellationem. Non dicam de τῦ אכת *Acath*, uti ipse legit, atque interpretatur *Qualitatem*; quam tamen ut significent Judaici Auctores de rebus Philosophicis vel disputantes, vel scribentes dicunt איכות *Ecouth*, aut *Icouth*. Quae quidem vox cum neque a vetustis Iudaeis neque usu ab ipsis Talmudistis fuerit recepta, quo tandem modo eam ipsam in suis inscriptis monumentis Phoenices usurpasse defendemus?

Ac rursum Cl. Tychsenium audiamus, lectioni tuendae suae in Phoeniciis duobus numis aliquid praesidii quaerentem. „ Quod vero אם, inquit, pro mo-
„ netae nomine, quod cum זוז aut אזוז in sono habet
„ similitudinem, reputem, faciunt numi quidam
„ Phoenicii inscriptionibus ..... ללארכא אם כבנען,
„ & ..... לצר אם צדנם praediti, quorum dictio 𐤀𐤌
„ a cel Barthelemio אם *mater* lecta, Historiae repu-
„ gnat, & monstrosam fastuosamque reddit inscri-
„ ptionem. Neque enim Laodicea mater erat in Ca-

exercitatissimi, numquam profecto ipsi commisissent, ut hasce veteris aevi reliquias publici juris

„ naan, neque Tyrus mater Sidoniorum. Hinc vertere mallem: *As Canaaniticus ad Laodiceae...& As* „ *Sidonius ad Tyri*, scilicet pretium & pondus cusus „ Haec ille loc.cit.& pag.57.

At haec gratis omnino afferuntur. Primo enim quam in sono τȣ̃ אס *As*, cum τῷ זוז *Zouz*, aut, eo uno auctore, אזוז *Azouz*, Cl. vir contendit, similitudo plane commenticia est; quum scriptores Iudaici, uti Talmudistæ aliique, non τὸ אזוז, sed tantum זוז, vel זוזא *Zouza*, *Drachmae* exprimendae caussa, semper dicunt, nec alio modo hanc scribunt vocem. Deinde ne illud quidem, quod sibi in duobus, quos producit, numis quaerit præsidii, ei ipsi suffragatur. Enim vero ex vetustisima formula, in id genus epigraphis apud Phoenices constanter recepta, nullo, quod equidem sciam, evinci exemplo potest, quod τὸ ל *Lamed*, priori inscriptionis praefixum vocabulo, pro *Praepositione* usquam sumatur. Ergo non *ad Laodiceae*, neque *ad Tyri*, sed ut ipsi Hebraico-Phoeniciae dialecti rationi grammaticae bene consulatur, τὸ *Laodiceae, Tyri, Praepositione* suppressa, erat certe vertendum. Nam illud ל *Lamed*, heic *Articuli* vicem explere neque aliter accipi posse atque *Genitivi* nota, non est quare dubitemus. Quod si id genus numos Cl. Tychsenius minus parce, ut videtur, attigisset, in controversiam nullatenus vocasset quod est in aperto. Lectio igitur, quam utriusque epigraphes Cl. vir festive comminiscitur, corruat necesse est, utpote quae ab Hebraicae linguae ratione, ejus generis inscriptionum formulae aptata, sit prorsus absona. Nam quid illud esset τὸ *Laodiceae as Canaaniticus*, & alterum illud *Tyri as Sidonius*; haud equidem scio, an ipse ille Tychsenius bene nobis explicaret.

Sed Barthelemyi explanatio cum ipsa pugnat hi-

facerent, nisi prius adhibita ἀκρίβεια, seu *singulari diligentia*, ejus generis monumentorum in-

---

storia atque fastuosam & monstrosam, inquit ille, reddit epigraphen. Ita ne est? Perinde ac si τὸ אם Em, ad verbum *Mater*, ut optime interpretatur Barthelemyus, non alio intelligi sensu posse, esset dicendum. Cujus sane vocis significatio quum late pateat; quid tandem sit impedimento, quo minus τὸ *Metropolim* etiam exprimet, quemadmodum cum de hoc Tyriorum numo superius disputabamus pag. 446. observavimus. Tyrum namque insularem cum Sidone de principatu contendisse, ex Strabonis testimonio ibidem expresso satis liquet. Id autem jurene, an injuria, Tyrus metropoleos dignitatem prae Sidone affectarit, parvi refert; si modo illud asserentem Strabonem testem habeamus.

Exstat quoque Sidoniorum numus, in cujus Phoecicia epigraphe ab Relando, *Palaestin. sacr.* libr. III. pag. 1104. minus quidem accurate descripta, in qua tamen Barthelemyus sibi legere visus est, Sidonem sese Matrem appellasse Tyri. Quem numum in regio museo Parisiensi in aliisque asservatum dicit Cl. Gallus, locis supra cit. pag. 446.

Quod vero Tyrus longe etiam ante Strabonis aetatem, non modo sub Antiocho IV, uti eod. loc. indicat. pag. 445. vidimus, sed & Salmanasare in Assyria regnante, metropoleos jure superbierit; facit Flav. Josephi locus, *Antiquit. Iudaic.* lib. IX. cap. XIV. Oper. Tom. I. pag. 507., Menandri testimonium ex ipsis Phoenicum annalibus scriptum reliquentis; unde Sidoniis Tyros tunc ætatis imperasse, colligi posse videatur. Atqui, Josepho ibid. auctore, Salmanasare in Syriam cumprimis ac Phoenicem irruente, ab *Tyriorum* (imperio) *defecisse Sidonem & Acen* (melius *Arcen*) *& antiquam Tyrum*, seu Palaetyrum, *multasque urbes, quae se Assyriorum Regi dederunt*, traditur. Quod argumento certe est, quantum antiquitus ipsi Tyrii potentia valerent.

dubiam γνησιότητα, i. e. *ingenuitatem*, maxime sibi perspectam habuissent atque exploratam; ita eo-

---

Manet ergo, nihil esse caussae, cur in voce אם Em, ad urbem Tyrum translata, quicquam insit, quod historiae adversari Cl. Tychsenius objiceret; quum ex vetustis constet monumentis, Tyrum sese *Matris*, seu *Metropoleos* nomine nuncupasse *Sidoniorum*. Quamquam & ipsam Sidonem, longe, ut videtur, antiquiorem Tyro, Phoenicum metropolis titulum quoque ostentasse, Veteres item testentur.

Sed de altera Laodicensis numi epigraphe videamus. Quid autem ipsa prae se ferat, quod cum historia pugnet? Nae Cl. ipse Tychsenius numquam demonstrabit: idque eo maxime quod nihil illa habet, quod historiae etiam sacrae non bene congruat. Mirabile profecto videbitur, Cl. Tychsenium, cum Barthelemyi expositionem improbat, summo pressisse atque involvisse silentio quae de hac sua Laodicensis numi epigraphes explanatione eruditissime disseruerat Ill. Academicus Gallus iis in locis superius a me indicatis pag. 446., Ephemeridum nempe Eruditorum eiusd. mens. & anni pag. 1517—1520. Actor. vero Academ. Reg. inscript. tom. XXX. pag. 415. seq.

Ac cum Barthelemyo ab Cl. Tychsenio erat diligenter considerandum qui sensus horum verborum epigraphes esset:= ללארכא אם בכנען, *Leladica em bechanaan*, i.e. *Laodiceae matris in chanaan*. Nam eo *matris* nomine latissime patente, urbem quoque *celebrem*, *amplam*, *egregiam*, *inclytam*, *nobilem*, ac veluti caput aliarum designari, est unus quidem sed insignis locus II. Regum XX. 19., qui illud apertissime evincat. Atqui de illustri urbe Abela, quam ob rebellem Sebam in Davidis imperium, obsidione jam circumdatam Joabus demoliri meditabatur, loquens Scriptor sacer, *sapientem mulierem de civitate*, eumdem Ioabum, Regii ducem exercitus, sic eam exclamantem inducit:=*Nonne ego sum, quae*

rumdem eruditorum solertia illud beneficii consequuti sumus, ut in promptu nobis sint quae

respondeo veritatem, & tu quaeris subvertere civitatem & evertere (אם בישראל Em Beisrael) *matrem in Israel? Quare praecipitas haereditatem Domini?* Quod hebraicum loquendi genus plane atque accommodate respondet Laodicensis numi epigraphes dicendi rationi. Quid ergo? Urbemne Abelam, quia *Mater in Israel* dicitur, Israeliticae terrae caput ac principem fuisse censemus? Nequaquam profecto. Sed, ut in suis ad ad hunc locum adnotationibus, nempe פרוש *Pirusch*, i.e. *Commentario* illud exponit R. Isaias (מקרא גדלה *Mikra ghedola*, seu *Bibliorum magnorum*, quae Rabbinica vocantur, edit. Venet. an.307. Christ.1547., & caeterarum, quae hanc secutae sunt, Vol.II.) iisdem verbis declaratur; ait enim: עיר חשובה בישראל = שהיא אם וראש לכל העיירות:, i.e. *Urbs magni aestimata & mater in Israel, propterea quod esset mater ac caput quorumcumque oppidorum* minoris, videlicet atque diversi ordinis, sibi circumjacentium. Quod τὸ העיירות *Haäiaroth*, optime exprimit, ut ex Tractatu inscripto: מגלה *Megilla*, seu *Volumen* (Estheris) cap.I. §.1.2.&3., Corporis *Mischnici* Guilielm. Surenhusii part. II.pag.389.seq.colligitur. Haec autem oppida in libris sacris, magnarum urbium בנות *Benoth*, i.e. *Filiae* passim appellantur.

Atque ut ille ipse dicendi modus, quo eodem loci utitur Scriptor sacer, nihil aliud indicat, quam urbem vel *munitam*, vel *magnam & nobilem*, tum etiam *Metropolim*, sicuti verterunt Lxx., Targum Jonathanis, Flav. Josephus, loco paullo ante cit. lib. VII. cap. XI. pag. 399., aliique bene multi interpretes; ita Laodicea sese in epigraphe vocat *Matrem in Chanaan*, quasi dicas *conspicuam* civitatem, ut superius quoque adnotabamus pag. 464, seu *Metropolim Chanaaniticam*. Quod non est accipiendum hujusmodi, tanquam si

horum praesertim numorum iniquis opponamus existimatoribus . Sed hoc ego genus hominum

mater, aut metropolis in ipsa extitisset Chanaanitide, vel in eam colonias emisisset. At vetustae originis haud immemor suae Phoenicio-Chanaaniticae, de ea gloriari non modo non erubuit; sed etiam id sibi laudi dari existimavit, quod hoc numo sese Chanaanitide ortam publice significaret. Ante enim quam nomen alterum haberet ab Laodice, Seleuci Nicatoris matre, Ῥάμιθα nuncupatam fuisse, autor est Stephanus Byzantinus in *Ethnicis* edit. Berkelii pag. 509. Quae Ῥάμιθα, vel potius Ῥάμαθα, ut recte animadversum Bocharto est, *Chanaan* lib. II. cap. XII. pag. m. 825., quid aliud est, quam Phoenicio-Syro-Chaldaica vox רמתא, ܪܡܬܐ, Hebr רמה, i.e. *Excelsa* &c.? Laodicea urbe antea sic appellata ob littoris prominentiam, in qua est posita, uti scribit Plinius, *Hist. natur.* lib. V. Cap. XVIII. pag. 265. edition. Harduini. „ Sic Iudaea, ait Samuel Bochartus, ibid. pag. 826., quotquot habuit oppida hujus nominis, in montibus sita fuere „. Laodicea porro hodie dicitur *Latike*, vel *Ladik*. Judaei vero in Codice Talmudico מציעא *Metsiáa*, seu *Porta media*, Cap. VII. pag. 84. a., eam vocant לודקיא, *Ludkia*. Quae Iudaica appellatio ad ipsam epigraphes vocem quam proxime accedit.

Hanc autem Phoeniciam *Ramathae* appellationem ab ipsis Chananaeis gentibus inditam fuisse, ne vix quidem dubitarem. Enim vero, si memoria repetamus quae de navigationibus Phoenicum eorumque infinitis coloniis qua in Occidentem, qua in Septentrionem deductis, saepe adnotatum a nobis est pag. 242—247. 278. seq. 308—315.; quid mirum esset, illam Syriae oram maritimam (in qua primum condita fuit RAMATHA, quae deinceps, sed longe posteriori aetate a Seleuco I. Syriae Rege tantum instaurata, multumque ampliata Laodiceae nomen accepit,) portu autem suo maxime commendabilem, uti e Veteri-

& otio abutentium & litteris, non moror, quos in tanta rerum luce, monumenta tamen Phoe-

---

bus Strabo, *Rerum Geograph.* lib. XVI. pag. 1091., al. 751., & ex recentioribus multi, in primis Geographus Arabs ab Albert. Schultens, *Indic. Geographic. in vitam Saladini* ab se editam ac Latine versam, litteris mandarunt; quid, inquam, mirabile videretur, eamdem ipsam oram, quam mare alluit, Phoenices antiquissimis occupasse temporibus? Quid? ipsum illum Laodiceae portum navigationibus suis percommodum, cum mercaturae exercendae, tum potentiae maritimae amplificandae Phoenices avidissimi non curassent? *Solers genus hominum*, ut Sallustii verbis utar, qui nullam Mediterranei maris insulam reliquere, quam colonis non frequentassent, ut Aradum, ut Cyprum, ut Cretam, ut Siciliam, ut Baleares, & alia multa loca maritima, de quibus Sam. Bochartus, prae ceteris, in suo *Chanaan* toto libro primo praeclare commentatus est.

Verum hujusmodi missas faciamus colonias & alias sine numero, etiam in maxime dissitas ab Phoenicibus deductas plagas; quarum aliquae, si Georg. Hornio, *De originibus Americanis* lib. II. cap.. III. v. seqq. auscultamus, in Americam usque penetrassent: has, inquam, & illas omittamus, non ante Moysis tempora, sicuti jam diximus, emissas colonias, sed iis potissimum, aut paullo post aetatibus, quibus Chananaeas gentes, Iosua duce, manu potentissima, suis mediterraneis fugatas sedibus, saluti autem suae consulturas, ingenti multitudine, spontaneo committentes sese exilio, novas idcirco, quas inhabitarent, terras huc atque illuc quaesivisse, vetus historia memoriae sempiternae commendavit posterorum.

At enim vero, etiamsi Phoenices Chananaea certissime gente prognati, sive illo circiter tempore, quo Palaestinenses populares sui tantam ab Israelitis

niciis insignita characteribus, foetus inter adulterinos adnumerasse non puduit. Nam si res

passi cladem fuissent, sive alia post aetate colonos suos in urbe Laodicea collocasse, nobis subobscure innotescere videatur; nihilo tamen minus non omnino desunt antiqua monumenta, quibus Chanaaniticum nomen Laodicensi regioni convenire, sicuti Barthelemyo loc.cit. animadversum est, efficiamus. Quam in rem confer Cl. Stephan. Mignot, *Sixieme mémoire sur les Phéniciens &c.*, Actor.Academ.Reg. Paris. Inscript. Tom. XXXIV. pag. 203.

Sed alia est ratio, & sane maximi ponderis ac summae auctoritatis, quae rem ipsam egregie illustrat. Videlicet, quod alii Chanaanis posteri, Genes. X.18. ut illud obiter observem, longe ultra ipsam Phoenicen, Septentrionem & Orientem versus, multo ante Moysis aetatem terras frequentassent, quibus Laodicensis tractus contineretur; quas terras, quippe Chanaaniticas, promissionis divinae virtute, ab Israelitis fuisse aliquando possidendas, ex ipsis Moysis, Iosuae &c. libris sacris arbitror colligendum. At haec quae longum esset heic enarrare, quum instituti nostri minus sint propria, ad illam cujus superius pag.221.seq. memini, *De Phoenicio-Chananaeis veris originibus &c.* Commentationem, in lucem σὺν Θεῷ emittendam, & quidem copiose declaranda remitto. Idcirco illud in praesentia satis sit ea commemorasse.

Tametsi haec a me in eadem pertractata exercitatione sic vera judicem, ut Laodicensis numi, de quo agimus, Phoenicia epigraphe egregie firmentur, & quasi supervacaneum videretur hanc in rem plura dicere; nolo tamen tacitus heic praeterire quae de eadem inscriptione secus omnino disputavit Cl.Eckhel, *Doctrin.num.veter.* part.I. Vol.III. pag. 409. seq. Quae si brevitati, ut ipse vellem, consulturus, omittam; vereor equidem, ne doctorum hominum, quibus ea

eo usque adducta unquam fuisset, ut, postquam Alexander Magnus Phoenicen occupavit, eius-

---

sint cognita, reprehensionem adeo incurram, ut iis non satis probetur, quam ejusdem epigraphes tuendam sumsi, explanatio.

Ergo quae loc.cit. objectat Cl.Eckhel sic se habent: „ Quod haec urbs (Laodicensis) longe a Phoenice dis„ sita, tum condita a Seleuco, et colonis Graecis „ habitata Phoenicio potius sermone, quam Graeco „ utatur, quod se *matrem* appellet, quam eduxisse „ colonos non constat, et matrem quidem in *Canaan*, „ nihil super his, etsi sententiam suam (Barthelemyi) „ gravissime impetant, movetur vir summus, *il suf*„ *fit*, inquit, *que ce nom soit clairement exprimé sur* „ *la médaille*. Veniam merebor, subjungit Cl.Eckhel, „ si hac in causa minus me habeat sibi obsequentem. „ Si ille ex causis dubiis, literas intelligo Phoenicias, „ quae saepe viris praestantibus imposuere, numum „ hunc Laodicensem adserit, at possum ego ex cau„ sis certis, nimirum typo et litteris areae insertis, „ Berytiorum esse numisma statuere.Haec ille. Mitto caetera,quae paullo post exponam, quibus Cl. vir effici sibi videtur, epigraphen Phoeniciam longe aliud significare, quam istud visum Barthelemyo fuerit.

Ac eadem in caussa Cl. Vindobonensis Antiquarius det quoque hanc veniam mihi, ut me patiatur de hac sua sententia disputare liberius.

Et profecto, ecquid primum in hoc Cl. viri argumento de Laodicea a Phoenice longe dissita, est virium? Etenim, si Phoenices remotissimam Africam & ipsa Oceani littora colonis frequentasse legimus, sicuti ille recte scribit loc. cit. pag. 411., multo magis verisimile est, eodem auctore, commercii caussa in vicinis regionibus, Cilicia, Pamphylia &c.sedem fixisse, atque una linguam suam intulisse; quid tandem est, quamobrem illam ipsam Laodicensem maritimam

que successores & Graeci eamdem regionem, ac Syriam tenuerunt, & Graece illic locuti sunt,

---

plagam a Phoenices proprie dictae confiniis longe minus distantem, eosdem sic neglexisse censeamus, ut de colonis in illam immittendis numquam cogitassent? Quid? quod ille maritimus tractus latissime patens ab longitudinis gradu circiter 47. ad 54., nempe a praerupto Massicyti jugo Lyciae, indeque maritima Pamphyliae ac Ciliciae complexus, Phoenices nominis appellationem habuerit? Id namque Veteres tradidisse, ut Quintum Smyrnaeum in *Paralipomenis Homeri*, ut Phutarchum in *Alexandro Magno*, auctor est is idem Eckhel, eorumque testimonia profert. Quemadmodum autem huiusce Phoeniciae appellationis caussa haud dubie ea fuit, Cl. viro pag. 411. non modo non diffitente, sed omnino probante atque scribente, quod ejusdem maritimi tractus a Phoenicibus habitatus fuisset; ita, si ipsa Laodicea *ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ad mare*, nomine certe Phoenicio רמתא Ramatha, ut ante vidimus, nuncupata fuit, sicuti revera fuit; nonne id argumento gravissimo est, non aliunde quam ab ipsis Phoenicibus, qui antiquitus primum eam habuissent, ejusmodi ortam fuisse appellationem? Quam vetustissimam urbis appellationem, etsi Appiano Alexandrino non memoratam, eumdem tamen eo adduxisse crediderim, ut in suis *Syriacis*, *Romanar. Historiar.* edit. Amstelod. 1670 pag. 201., al. 124., ipsam Λαοδίκειαν ἐν Φοινίκῃ sitam scripserit.

Sed Strabo in primis, *Rer. Geographic.* lib. XI. & XVI. pag. 796 & 1087., al. 524 & 749., modo a Macedonibus, modo ab Seleuco I. Laodiceam conditam tradit. Neque discrepat Appianus loc. cit. Quid inde? Is etenim Graecorum scriptorum communis erat error, ut rerum antiquissimarum plane ignari, hanc, exempli caussa, vel illam urbem veterem ab hoc, vel ab illo Rege olim conditam litteris mandarint, quas tantum,

& non nisi Graece scripserunt, & Graecorum moribus singula administrarunt, ergo & numos;

---

restaurasset, novis colonis auxisset, suoque idcirco appellasset nomine.

Quod vero a colonis Graecis Laodicea tunc aetatis esset habitata; sit ita. Quid ergo? idcircone nullum nisi Graece inscriptum ea ipsa procudisset numum? Quae ratio si valeat, Tyri & Sidonis urbes Graeco-Macedonum parentes imperio, numquam eadem aetate, nisi uno solo sermone & litteris numos suos inscripsissent Graecorum. Quod quam manifeste falsum sit, Tyriorum & Sidoniorum numi, modo Phoenicie tantum, bilingues modo, seu Graecis ac Phoeniciis descripti characteribus, planissime demonstrant.

Falsum item est quod de ejusdem numi epigraphe scribit Cl.Eckhel; quasi uno sermone potius Phoenicio expressa haberetur: Est autem numus ejusmodi, ut in parte adversa, Antiochi IV. caput diademate radiato ornatum repraesentet; in aversa, Neptunus stans toga indutus exhibeatur, dextera pateram & sinistra tridentem gerens; tum bilinguis circumscripta legatur epigraphe hisce Graecis & Phoeniciis signata litteris, nimirum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, i.e. *Regis Antiochi*, & 𐤋𐤋𐤃𐤊𐤀 𐤀𐤌 𐤁𐤊𐤍𐤏𐤍, seu, nostra sententia, ut supra notavimus, ללדכא אם בכנען. i.e. *Laodiceae matris in Chanaan*. Area demum his Graecis insignitur characteribus ΛΑΦ, quorum postremus superne notatur hoc altero, nempe O, Quae quidem litterae quid significent, neque Pellerinius, *Recueil de médailles de peuples* tom.II.pag.215.∽*Supplément* IV.pag. 72., neque ipse Cl.Eckhel loc.cit. pag.354.seq., neque demum Cl. Barthelemyus loc.cit., exploratum habent, Has autem aliquam epocham significare, seu annum 531., litteram vero O esse monetarii notam, suspicarer. Etsi unde ea esset epocha repetenda, me lateat.

omnisque Tyria, sicuti scribit Ottho Sperlingius, *De numis non cusis*, cap. VII. edit. Amstelad.

Utcumque res sit de hisce litteris, a nemine Antiquariorum, quod ego sciam, hactenus explicatis, iisdem tamen veluti argumento maximi ponderis ac momenti utitur Cl. Eckhel ibid. pag. 410., quo non Laodiceae, sed Beryto numum esse adscribendum, nihil dubitare videatur. Cui suae conjecturae ut majorem fidem conciliet atque auctoritatem, praeter Neptuni typum in Berytiorum moneta obvium, hanc potissimam adducit rationem, easdem litteras ΛΑΦ, addito saepe O, in solis Berytiorum numis reperiri; & constat, adjungit ille, ex numis Pellerinii & Hunteri Berytios non raro numos suos Phoenicio charactere inscripsisse. Atque eo, ipso judice, hae sunt caussae certae, quamobrem numus sit certe statuendus Berytiorum.

Huic autem omni machinae ab Cl. viro Eckhel tanta arte paratae atque instructae, cui tantopere ipse confidit, quam firma sit, quamtumque habeat virium videamus.

Quod ipsas areae insertas litteras in solis sese numis obvias reperisse ab se cognitis Berytiorum, doctus Vindobonensis Antiquarius scripserit, non equidem mirarer. In ea namque versatur haeresi, ut & eaedem litterae Berytensis numi tam sint propriae, ut Laodicensi convenire nullo prorsus modo posse, adeoque Phoeniciam epigraphen vel esse Berytiorum, vel aliud prorsus significare, imprudens sibi persuadeat. Quamquam illas tres quatuorve Graecas litteras in aliis quoque cujuscumque alterius regionis, nobis ignotis, sive non vulgatis numis, sive e terrae aliquando eruendis sinu, detegi posse, verisimilitudine haud caret, Multa enim affert tempus, aut non omnes omnia scire possumus. Sed utcumque cessura res est; illud tamen mirandum, quod ex Neptuni sive stantis, sive seden-

1700. pag.55., vel Phoenicia scriptio vetusta & inscriptio evanuerit ac perierit;cuius demum pon-

tis, sive nudi, sive togati, sive demum aliter conformati typo, ad unam Beryti urbem numum ipsum, quem Laodicensem jure dicimus, esse referendum Cl. vir acriter pugnet. Quasi ille idem typus multis numismatis non esset communis, uti tribus TENI insulae Cycladum, apud Cl. Combe, Musei Hunteriani pag. 318. seq. Tabul. 57. fig. 8. 11. 12., aliisque numis ab I. Chr. Rasche in *Lexico univers. rei numar.* Tom. III. part. I. Col. 1232. seqq. recensitis. Quasi, inquam, idem typus in altero non appareret Laodicensium Graece inscripto numo,quem Froelichius, *Annal. Regum Syriae* pag. 65. Tabul. IX. n. 15., & Vaillantius, *Seleucidar. Imper.* pag. mihi 262. protulere.

Atque est alia multo gravior ac firmior ex illa ipsa Phoenicia numi epigraphe deprompta ratio, qua vere quam levis, quam nulla sit eruditi viri conjectura, demonstretur. Et re quidem vera, quod caput est, ea ipsa vel non intellecta, vel leviter considerata Phoenicia epigraphe, in scopulum illum incurrisse Cl. Antiquarium dicere haud gravarer, ut caussam amisisse mihi videatur. Id ego totum ut ostendam, Berytensem epigraphen satis erit exponere.

Duos numos Berytiorum Phoenicie inscriptos proferri video,alterum aereum ab eodem Carolo Combe, loc. cit. pag. 67. Tabul. 13. fig. 2., argenteum alterum ab Barthelemyo, *Journal des Sçavans* mens.Novembr. 1763. Tab. n. 1. pag. 2117. seqq.,atque ab Pellerinio,*Recueil de médailles de peuples* Tom. II. Tabul. LXXXI. n.8. pag.214—216. ∽ *Supplément* IV. Tab.III. n. 9. pag. 65—73. Uterque vero numus in eo convenit, quod ab adversa parte caput mulieris turritum sistat; ex aversa autem, Hunterianus Neptunum stantem in quadriga equorum marinorum, dextera extensa, sinistra tridentem, ante, acrostolium, pone, lit-

deris ac momenti nobis essent illa Phoenicie inscripta monumenta, quae literarum bono atque

---

teras duas, sive monogramma Φ cum O superne, referat, atque τὸ Graecum BH (Βηρυτίων) & epigraphen ipsam Phoeniciam. Quae tamen inscriptio (vid. & ibid. Tabul. 65. n. 21.) vel suis characteribus ita exesis, vel male descriptis exhibetur, ut quid ea contineat, ne Oedypus conjector certe divinaret, quemadmodum superius pag. 415. adnotabam. Hanc igitur epigraphen altera ab Barthelemyo & Pellerinio producta restituamus oportet. In eadem aversa numi parte ab utroque Antiquario prolata, Neptunus prorae navis insistens, dextera acrostolium offerens visitur, pone ΛΑΦ; ante, Phoenicia epigraphe 𐤋𐤁𐤄𐤓𐤕, seu לבהרת (suppleto *vocali* ו *Vau*, post penultimam litteram) *Lebahirouth*, vel *Lebehirouth*, i.e. *Beryti*, quae Sanchoniatonis, de quo alias diximus, patria fuit. Hanc autem urbis appellationem Arabes pronunciant بيروت *Beirout*, *Bairout*, monente Albert. Schultensio, *Indic. Geographic. in vitam Saladini*, voce *Berytus*. Cujus nominis Arabica scriptio indicio est, postremum epigraphes litteram esse ת *Tau*, non vero ט *Teth*, & multo minus ח *Hheth*, quemadmodum Barthelemyus dubitarat, qui in hac inscriptione legenda mirum quantum animo fluctuavit; tametsi Beryti nomen ea contineri, iam adseruisset. Hoc autem est ipsius Pellerinii, loc. cit. *Supplementi* IV., observationibus demonstratum.

De littera vero tertia, quae Graecam formam H satis imitatur, & in cujus originem Pellerinius inquirit ibid. pag. 70. seqq.; non est, cur multum solliciti simus. Quum enim littera, sive Hebraica ה, sive Phoenicio-Samaritica 𐤄, inter illas אהוי *Ehevi*, quas vocant *Matres lectionis*, antiquitus recenseretur; eaque *Vocalis* vicem expleret; ex τῷ ה *He*, ipsum ἦτα *Eta*, vel *Ita*, Graecos effinxisse crediderim. Et quia

incremento aetatem tulisse, tantopere haud immerito gloriamur? Quod si res ita habet; nihil erit

---

eadem epigraphes littera ה haud raro permutatur cum τῷ א, ut in sacris Hebraeorum libris exempla commonstrant, utraque autem vario proferebatur sono; (quod de aliis duobus est dicendum) in eam facile venirem sententiam, τὸ epigraphes בהרת *Bahirouth*, vel *Behirouth*, esse loco τῦ בארת, sicuti Phoenices hoc civitatis nomen vulgo scripserint. Qua admissa utriusque litterae א & ה permutatione, recte inter se componuntur quae de ejusdem vocis etymo, ejusque duplici significatione (באר *Puteus*, & בירות *Robur*) ex duobus vetustis scriptoribus recitat Stephanus Byzantinus, loc. cit. in Βηρυτὸς, & egregie illustrat ipse Bochartus, *Chanaan* lib. II. Cap. XII. pag. m. 824. Quamobrem non erat, cur Barthelemyus de vera epigraphes lectione, iisdem scriptoribus veluti adversa, quicquam moveret dubitationis.

Ego autem de epigraphes scriptionis ratione sic censeo: Graecum artificem, cui id genus monetae scalpendae cura demandata fuisset, Seleucidis tunc imperantibus Regibus, cuique τὸ ה, vel potius ꟻ Phoenicio-Samariticum, nihil, aut parum cognitum esset, τὸ vero Graecum H multo magis familiare; hanc litterae formam, licet ab Phoenicum alphabeto prorsus exulantem, in locum τῦ ה, unde Ἦτα Graecorum, uti modo aiebam, ortum duxit, sufficiendum existimasse. Non ergo Cl. Pellerinio adsentior, ab Graeco artifice, ut τῦ ברת Brt, quippe nulla *Vocali* insigniti, pronunciationem ipse determinaret, atque ad Graecum nomen Βηρύτου accommodaret, eamdem Phoeniciae inscriptioni additam litteram H fuisse, contendenti. Quae tamen docti Antiquarii conjectura quantum pondere valeat, judicio relinquo eruditorum.

De altero numo autonomo, Phoenicio, quem is ipse Pellerinius profert loc. cit. *Supplém.* IV. pag. 73.

reliqui omnino, quod ad hanc, quam pertractamus, litteraturam, at nullo, ut ipsi volunt, fido

Tab. III. n. 10., & Beryto tribuit, quid dicam? quum ad caussam quam tuendam suscepi, nihil interesse videatur. Est enim typo suo ab utroque ante commemorato numo, plane dissimilis. In parte antica figuram refert Palladis galeatae, cum hasta & scuto; ante, & nomen urbis inscriptum: q9, seu בר, *Beth* & *Resch*. Quibus litteris Berytum urbem indicari Pellerinius censuit. Quam tamen solitarias duas litteras, BEROEAM, Syriae urbem in Cyrrhestica, quaeque hodiernum celebratissimum emporium *Alep*, seu *Aleppo* dictum, creditur, notasse, potius suspicarer. Quae conjectura, si alicujus est ponderis; novo esset argumento, ipsos Phoenices hanc vetustissimam urbem colonis antiquitus quoque frequentasse, eaque aetate, qua hic numus egregii operis procusus a Beroeae incolis fuerit, sermonem Phoenicium apud eos fuisse receptum. In postica vero numi parte Hercules nudus adest; dextera, sua armatus clava; sinistra, exuviis leoninis superimpositis, pomum tenet. Sed de hoc numo ἐν παρόδῳ.

Haec longe fusius profecto, quam optassem, quae nihilominus paucioribus verbis exponi nequaquam possunt, adeoque minutatim necessario adnotanda, atque in lectorum oculis statuenda duxi, ut quid ex Berytensi numo demum extundatur, quod Cl. Eckhelii uno litterarum ΛΑΦ & O typo freti, Laodicensem inscriptionem Phoeniciam, caeteroquin neque dubiam neque incertam, ad Berytensem per vim trahentis numum opinioni plane singulari quicquam patrocinetur, evidentissime appareret. Ecquis praeterea, obsecro, est unius epigraphes cum altera nexus, ecquae colligatio? Berytensis quinque tantum constat litteris; contra, Laodicensis duodecim numerat. Atqui minimum id quidem esset, si modo in hac aliquid nominis Be-

ac vetere illustrandam monumento, pertineret. Adeoque si istud commentum ab uno tamen,

rytensis urbis exstaret vestigii; sed nullum omnino est. At enim unam, aut alteram in utraque epigraphe obviam si demas litteram, nempe ל & ב *Lamed* & *Beth*; caeteras inter se nihil prorsus habere commune, tam est perspicuum, ut qui de hoc dubitet, vel illud neget, neget utique, necesse est, diem pleno sole illucescere. Aio enim vero, & confirmo, Cl. Vindobonensem Antiquarium reperturum neminem, nisi omnis Phoeniciae litteraturae plane expertem, qui secus statuendum putet. Adeo verum est, Laodicensis numi epigraphen ab Berytensi toto coelo non solum discrepare, sed etiam nihilo aliter legi atque interpretari debere, ac posuimus. Litterarum namque, quibus haec signatur epigraphe, quarum veram potestatem characteribus expressimus Hebraicis, nulla prorsus est,quae aliis id genus monumentis Phoeniciis plenissime non comprobetur. Quod de altera Berytensi inscriptione, una tantum nempe H excepta littera ad Graecam formam composita, cujus tamen caussam novimus, item est omnino dicendum.

Miror equidem Cl. viri hoc in genere litteraturae singularem disputandi rationem. Ex caussis namque nihil minus quam certis, quidquid ille affert, uti sunt Berytensibus numis Graece inscriptae litterae ΛΑΦ & O, quasi ab Laodicensibus plane pleneque abhorrerent, numi, de quo agimus, Phoeniciae epigraphes ab Barthelemyo de Laodicea traditam lectionem, qua nihil opportunius, nihilque verius excogitari potest; eam tamen vel sola negandi licentia, vel levissimis ductus conjecturis aut dubiam habet, aut quasi suspecta sibi est falsitatis. Et illud quidem, propterea quod litterae Phoeniciae praestantibus viris saepe imposuerint. De Berytensi autem Phoenicia inscriptione sic eloquitur, ut, an urbis hujus nomen, & non aliud

aut altero caeteroquin erudito viro perperam adsertum, aliquando longius serpat, atque un-

---

indicet, minus certum pronunciet. Qui sic disputat, (rogo, ne id dici Cl. Eckhel moleste ferat) eum ipsum uno animo nihil explicandi, nihilque illustrandi, sed in hoc litterarum Phoeniciarum studio omnia cavillando turbandi atque implicandi institutum praebere sese mihi videor. Ac vellem sane, ipsum nobis interpretatum fuisse quid tandem utraque & Laodicensis & Berytensis epigraphe contineret, atque ostendisse, sed gravi aliquo argumento, quid tandem Barthelemyi haec & altera haberet lectio, quae genuinae characterum potestati revera adversaretur Phoeniciorum.

Sed ne longius faciam, ab hac invidiosa cesso disputatione. Hoc interea teneri volo, quod proprium hujus loci est. Idque ita, uti ne ambigendum quidem sit, quin admitti oporteat haec numi interpretatio, quae sic habet: ללדכא אם בכנען =, Leladica Em Bechanaan, seu *Laodiceae matris in Chanaan*. Quam profecto dicendi rationem, etsi ab doctis viris Tychsenio atque Eckhelio inique improbatam, quum Laodiceae in Syria ad mare sitae, a Chanaanitica gente primitus inhabitatae, apprime convenire supra pag. 465. 468. est demonstratum, non video quid opus esset de hoc loquendi modo plura disserere. Quamobrem nihil dixi de τῷ אחת *Achath*, quod Cl. Tychsen, superius indicata Epistola ad Cl. Bayerium pag. 57., in ejusdem numi ectypo ab Froelichio perperam descripto, sicuti pag. 442. not. animadverti, sese legere conjicit posse. At ex ejusmodi prave descripta voce lectionem eruere velle, hominis esse videtur contra criticae artis regulas, ut sua commenta confirmare valeat, disputantis. Quam vocem אחת, Hebraicam quidem (nam τὸ *Unam* significat) nomen fuisse *monetae* Tyri, quo veterum testimonio, quave Lexicographorum auctoritate id unquam Cl. Tychsenius comprobabit? De illo

quam valescat; quid aliud nobis restat, nisi ut illa Phoenicum monumenta in illorum ponamus

praeterea, quod ibidem subjungit, non admodum laboravi. Scribebat enim ad Cl. Bayerium: *Tua interpretatio ex mea quidem sententia sensum commodiorem esset suppeditura si ita flueret:* לצדנם אספסף את-אפת צר *id est* Sidoniorum minoris moduli numus ad mensuram Tyri. אפה *aut* איפה *in sacra quidem scriptura pro mensura aridorum sumitur: nihil tamen obstat credere quin latiorem quoque habuerit significationem*. Quod eo laxiori sensu, quem Cl. vir sibi fingit, τὸ *Epha* acceptum fuerit, vereor equidem, ne multum erret. At enim ponderis ac mensurae prorsus discrepantem esse rationem, quis non videat? Sed illud etiam si daretur; quo minus vero haec interpretatio admittatur, impedimento certe omnino est τὸ אספסף, de quo supra dicebamus pag.456. Ad τῦ namque *minoris moduli* numum significationem, vocem eamdem trahi re ipsa posse, illud ipsum est quod erat demonstrandum. Quod si Cl.Tychsen id unquam ostendat, erit mihi magnus Apollo.

Ego vero iis & similibus posthabitis conjecturis, ut non dicam, nugis, putavi me commodius esse facturum, si ad ea quae in id genus ἐπιγραφαῖς resolvendis potissima sint,quaeque majori indigere explicatione viderentur, pro virili illustranda mentem applicarem.

Nunc quoniam insignis Sidoniorum numi Phoenicia epigraphe, quam pag. 444. seqq. exponendam suscepimus, eo nos deduxit, ut Ill. Scipion. Maffei interpretatione jam expensa, Cll. virorum Pellerinii, Perezii-Bayerii ac Tychsenii de eadem epigraphe repudiatis conjecturis; ea occasione ad unum aut alterum Phoeniciis item inscriptum litteris illustrandum numum curas nostras converteremus; res ipsa omnino admonet me, ut alteram ejusdem Sidoniorum numi epigraphes lectionem, Ephemeridibus, seu *journal*

numero, quae apud doctos viros auctoritatem atque fidem habuerint una credulitate.

---

des Sçavans mens. Iulii an.1763.pag.1369. seq. commemoratam, taciti non praetermittamus. Hanc autem Iosepho De-Guignes viro clarissimo adtribuit Pellerinius, loc.cit.*Supplément* I. pag.19. Et est hoc modo: =

לצדנם *l'Tsidonim*
אםכםב *Am Kam b*
אף אכת *Af Akt'*
צר *Tsour*

i. e. *Sidoniorum Metropolis strenua*, vel *fortis adversum odium*, vel *inimicitiam Tyri*.

Qui interpretandi modus quonam pacto ad Phoeniciae dialectus ab una Hebraeo-Syro-Chaldaeo sermone repetendae, rationem apte, ut par est, exigatur, ne suspicari quidem licet. At enim quid illud est τὸ כם KAM, quod Cl. vir. interpretatur, sed arbitratu suo, *Strenua*, vel *fortis*; & illud אכת AKT', eo ipso judice, *Inimicitia*, vel *odium*? Quotumquemque fore censemus, hisce eruditum litteris, qui id explicationis genus ab iisdem linguis plane absonum, usquam admittendum putet? Gravate quidem fero, haec docto viro, Orientalis imprimis litteraturae ceteroquin clarissimo, excidisse. At conjectura fortasse me assequutum fuisse arbitror, quorsum ita haec epigraphes verba convertens respexisse is ipse videatur. Nimirum, quia τὸ חם HHAM, cum littera ח *Hheth*, scriptum, significat *Calidum*, *fervens* &c., translate vero *Praeceps*, *velox*, *audax*, *promptum*, *ferax* & *animosum*, immo & (illud detur) *strenuum*, *forte*; ut voci כם KAM eadem subjecta sit notio, immutetur, necesse est littera כ *Caph*, in ח *Hheth*. Simili modo ex τῶ אכת AKT, immutatione mediae suae litterae כ *Caph*, in τὸ ב *Beth*, fiet τὸ אבת, seu potius איבת (cum suo י *Jod*, *radicali*, quiescente, ut loquuntur Grammatici, in *Tsere*) seu EBHATH, i. e. *Inimicitia*. Atque ea utriusque lit-

Sed apage istud opinionis monstrum de *Φοινικῶς* inscriptis, sive metallis, sive lapidibus, *om-*

terae permutatione facile sibi ipse Cl. vir persuaserit, se reddere interpretationis suae rationem posse. Verum iste Phoenicias voces, unius aut alterius litterae immutationis ope, & legendi & convertendi modus, nemo erit, opinor, si tamen in Hebraeo-Syro-Chaldaea litteratura quicquam intelligat, legesque id genus *ἐνάλλαγης* litterarum haud ignoret, qui quantum ab iisdem sit alienus, non confiteatur. Certe aliud omnino est *τὸ* חם *'Hham*, aliud *τὸ* כם *Kam* vel *Cam*, Hebraeis, Syris, Chaldaeis prorsus inusitatum. Quam vocem si usurpant, aliter inflectunt. Accedit & illud, quod, etiamsi hujusmodi *ἐναλλαγὴ* litterarum in epigraphe admitti unquam posset, legendum fuisset *τὸ* חמה HHAMMAH, genere feminino, ut cum *τῷ* אם AM, vel potius EM, sive *Matre*, sive *Metropoli* eadem vox bene congrueret. Nulla ergo sui parte non solum sese commendat haec lectio; verum etiam analogiae plane adversatur.

Quid est praeterea illud *τὸ Sidoniorum metropolis*? Quasi una civitas sese nomine metropolis appellarit incolarum suorum. Quare Cl. Pellerinius loc. cit. pag. 21. merito dubitat, an hoc loquendi genus sit probandum. Quod demum totius epigraphes lectio suspecta nobis sit, immo verò uti falsam merito habeamus; facit illud quoque quam maxime, quod superius, praeeunte Cl. viro Eckhel, cujus verba expressimus pag. 454., observabamus. Et re quidem vera veteres populos, sua odia, iras, simultates, contentiones, id genus inscriptis metallis memoriae aliquando commendasse posterorum, hactenus incompertum est. Contra vero eosdem sibi societatis foedere adjunxisse, secumque pactiones fecisse, ut inimicitias extinguerent, ad amicitiam consuetudinemque traducerent, monumenta commonstrant. Quae sane res quum ita habeat; non omnem operam lusisse me arbitrarer, si insignis

nique Tyria, *vel Phoenicia scriptione vetusta & inscriptione*, jam inde usque ab Alexandri

hujus epigraphes, in qua denodanda doctissimos viros frustra laborasse demonstravi, explanationem qualemcumque nostram de *Sidoniorum* קצר *Qescher*, seu Ὁμόνοια, בקרת צר *Beqereth Tsor*, *cum urbe Tyro*, tibi, Clarissime Cardinalis Borgia, probari intellexero.

Sed ut ab instituto ordine abire non videamur, ad Maffeium ipsum, de quo initio dicebamus, parumper redeamus, oportet; tum caeteros eruditos Antiquarios deinceps commemoratos pag. 407., non praetermittamus, necesse est. Ab horum autem doctorum hominum brevi recensendis lucubrationibus, quid demum profectum hoc progrediente saeculo nostro fuerit, quod Phoeniciae litteraturae inserviat, palam, sicuti proposuimus, faciemus.

De Maffeio quidem tametsi ex iis, quae superius pag. scilicet 98.seq.116.322.421.436.440.seqq.& 450.adnotavi, quae ejus in hac pertractanda litteratura fuerit industria, intelligere fas sit; heic tamen pauca subjiciam.

Atque hic doctissimus vir, *Osserv.letter.* Tom.v.Tab.I. n.7.pag.272., numum exhibet, quem pag.280. Sidoni adjudicandum censet. At quantum hac in re ille idem aberrarit a vero, Phoenicia ipsa epigraphe hisce descripta haud incertis litteris, videlicet מרתע *Marathaá*, sed earum postremo ab ipso Maffeio male delineata, manifestum facit. Est porro numus ab adversa parte, Mercurii capite cum caduceo; ex aversa, viro stante, dextra acrostolium tenente signatus; ante, epigraphe, qua indicatur ipsa Marathus, πόλις ἀρχαία Φοινίκων, *urbs antiqua Phoenicum*, Strabone teste loc. cit. lib. xvi. pag. 1093., al. 753. Sunt tamen ex Veteribus quoque, ut Ptolemaeus, ut Mela, qui eam Syriae, nempe Seleucidi ad Phoeniciae confinia accenseant. Qua de re confer Cellarium, *Notit. Orb. antiq.* lib. iii. cap. xii. §§. xxxiii. xlvii. pag. m. 350. & 358. Quo autem casu, ut illud obiter mo-

Magni & ejus successorum aetate, unius sermonis ac omnis litteraturae Graecae introducendae caus-

neam, errore sane gravissimo, sive aliqua nostra in describendo oscitantia, sive typographi vitio, in paginam 412. not.lin. antepenult. hujusce commentationis nostrae admissum fuerit τὸ *Maratho in Sicilia*, vix equidem intelligo. Ut ut est; τὸ *in Sicilia* est omnino expungendum. Sed redeo ad rem.

Deprehenduntur praeterea in hujus numi parte aversa, ut & in aliis quibusdam praesertim id genus numismatis, aliquot lineolae, quas, praeeunte Rhenferdio, qui *Periculi* sui *Phoenicii* §. LXXVII. rem primus suspicatus est, Maffeius ipse recte, ut opinor, notas esse *numericas* judicavit. Has namque lineolas, serie quadam colligatas, atque uni aut alteri, immo & pluribus praeviis litteris τὸ N referentibus, saepe sociatas, sed situ vario, nunc horizontali, nunc perpendiculari dispositas, quandoque etiam cum τῷ כ, vel cum τῷ Nכ, hinc inde descriptas, obsignandis annorum notis frequentatas in numis fuisse existimarem. Quod haud obscure colligitur ex duabus vocibus, nempe שת, loco τῦ Chald. שתא *Schata*, Hebr. שנת *Schanath*, seu *Annus*, & מאת *Meath*, i. e. *Centum*, uti in Marathi eodem numo, licet acriter refragante Cl. Swintono, bene legit Barthelemyus. Quae voces, vel earum una, videlicet שת, cum in id genus numis locum obtinent, has & illas sive lineolas, sive litteras semper antecedunt. Et revera duo id genus numi aerei parvi moduli ad manus mihi sunt ex R̃mi Ab. Henrici Sanclementii & Ill. Baron. Alexandri Recupero numophylaciis, utraque parte iisdem insigniti typis. In eorum adversa = *Caput Jovis barbati, brevi densoque capillitio cincinnato*. ⅅ☾ *Prora rostrata*, supereminentibus duabus Phoeniciis litteris 𐤋𐤀, seu אן AN. Quam compendiariam epigraphen aliis in numismatis obviam, Antiochiam ad Orontem designare, cum Cl.Dutensio credi-

sa, aeterna oblivione obrutis, plane pleneque sic deletis, ut nostra patrumque memoria ne mi-

derim; in ima basi vox comparet שנת, i. e. *anno*, cum aliquot lineolis, seu notis *numeralibus*.

Sed etsi hujusmodi voces & lineolas & litteras in Phoeniciis numis obvias, ab Pellerinio autem cumprimis, *Recueil de médailles de peuples*, Tom.III.Tab.CXIX. justo productas numero, ad aliquam epocham designandam referendas esse, evidenter pateat; attamen non is ego sum, quin videam quantis obscuritatibus implicita res ipsa sit atque difficultatibus. Quemadmodum enim nobis ineunda sit ratio & via reperiunda, qua horum characterum ope ad computandos annos vel urbium, vel Regum tute perveniamus; dubito, an hactenus satis exploratum illud teneamus. Multa equidem atque erudite hanc in rem disseruit Cl. Swintonus, *Transaction. Philosophic.* Vol. I. pag. 791. seqq. Qua in dissertatione sic enitendum sibi existimavit esse, ut de hisce notis arithmeticis leges etiam constituerit, in quas sollicite inquirit Cl. Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part. I. Vol. III. pag. 410. seq. Has vero Swintoni leges Cl. Antiquarius Vindobonensis ea ratione expendit, ut multa in iis subesse ambigua, nulloque nixa fundamento contendat. Uno verbo, earumdem notarum usum in numis Phoeniciis definire, ac confidenter, ut Cl. Swintonus fecit, annum, quo signati sunt, edisserere, valde periculosum esse Cl. Eckhel censet. Placuerunt tamen eaedem leges Barthelemyo, *Journal des Sçavans* mens. August. 1760. edit. in-12mo. pag. 1528. Placuerunt & Pellerinio, loc. cit. pag. 138. & 139. ∽ *Supplément* IV. pag. IV. Dutensius autem, *Explication de quelques médailles Phéniciennes*, Dissert. I. & II. pag. 85. 86. & 122., de iisdem notis nihil definiens, modo inclinat huc atque illuc, modo demum eo venit, ut sui Indicis pag. 233. ad vocem ACO, inexplicabiles sibi esse videantur. Ego vero Cl. Eckhelii sententiae sic assentior; ut eos-

nimum quidem ex universa veteri Phoenice eorumdem vestigium superfuerit monumentorum.

---

dem characteres non solum satis verisimiliter, ut ipse opinatur, sed & vere notas arithmeticas esse judicem, etsi aliorum monumentorum defectu, explicatu sane difficiles. Quare a Swintoni sententia has lineas sive rectas, sive inclinatas, tamquam numericas existimantis, non facile divellor; neque habeo quicquam probabilius, quod Cl. viri Eckhel conjecturis faveat, Swintoni vero & aliorum idem pugnantium incertam ac dubiam reddat opinionem.

Ut vero ad ea, quae de Maffeio disputanda supersunt, revertar; illud mihi videtur posse dicere, eruditum Veronensem loc.cit., in caeteris exponendis numis nihil propemodum prompsisse, quod ad Phoeniciam litteraturam magno nobis sit adjumento futurum. Ex quibus in exemplum pauca subjiciam. Disserens enim de uno aut altero Numidico-Punico numismate, Regi Jubae seniori adjudicato, Tab.1.n.8.& 9., utroque ut nostra aetate notissimo, ita in suis epigraphis numquam bene illustrato, ad easdem tamen litteras Latinarum etiam ope ac praesidio denodandas animum inducit pag. 281--286. Quae singularis id genus characteres Numidico-Punicos, in quibus declarandis frustra desudarunt eruditissimi Antiquarii, resolvendi ratio quid reipsa valeat, ne vix quidem datur ad suspicandum. Quapropter quid commodi ex ea ratione colligatur atque utilitatis, missum facio. Sed de iisdem numis alias.

Quantum quoque in explicando numo pag.286., cujus lectio, sicuti Rhenferdius Aldreti scriptioni incaute adhaerens, perperam ponebat, nempe = *Syrak Hadas*, seu *Syracusa nova*, Cl. Maffeio maxime probatur; is ipse profecerit, non est quod rursum dicam. De cujus namque numi Phoenicio-Punica inscriptione קרת חדת, cum satis disputatum sit pag.376. 381. & 397. not., nunc illud omittatur.

Ac vero quid excogitari inscitius potest atque absurdius? Quod Sperlingius parum fructuosis

---

Attamen doctus Veronensis, patriae suae illustrator caeteroqui egregius & Antiquitatis solers indagator, sui nobis hoc in Phoeniciarum litterarum studio aliquem adtulisset fructum laboris; si de numo argenteo ab se vulgato Tabul. ead. n. 10., nobis bene constaret, veram hujus lectionem esse τὸ אבא *Aba*, quam ipse proponit atque admittendam existimat pag. 287. In cujus numi ἐπιγραφὴν, dignam sane, quae expendatur, prius quam inquiramus, de illius typo primum est aliquid dicendum. Ab una autem parte, seu adversa, cernitur caput nudum imberbe, tribus circumdatum piscibus; ab altera, equus absque freno, saliens; cui imminet epigraphe tribus contenta litteris Phoenicio-Punicis. Numum porro diu delituisse inter ignotos, illud indicio est, quod neque ab Paruta ejusque illustratoribus, neque ab Principe de Torremuzza, neque ab Burmanno Secundo *ad Sicula D'Orvillii*, neque etiam ab diligentissimo Rasche; sed ab uno, quod ego sciam, Pellerinio, loc. cit. *Supplément* IV. pag. 76., & post ipsum Maffeium, commemoratus fuerit.

Quid vero de epigraphe sit statuendum consideremus. Quod ut recte definiatur, nunc eo omnis resolvetur nostra disputatio, an videlicet in Phoenicio-Punica inscriptione τὸ Aba legendum sit, necne? Cl. Maffeio primam & tertiam litteram seu ϟ, esse τὸ א *Aleph*, adserenti, ne minimum quidem habeo, quod opponam; immo vero persuasum idipsum plane habeo. Illud enim perspicuum palam est, aliisque testatum monumentis. De secunda autem littera, quum in numo haud integre reipsa appareat, adeoque haud parum sit incerta, neque id diffitente ipso Maffeio, aliud judicium censeo retinendum; quamquam pro τῷ ב illam esse sumendam sibi videatur. Quae tamen τοῦ Aba lectio si unquam consistat, ita fiet, nulla ut difficultas su-

doctorum virorum suae aetatis ad Φοινικῶς inscripta monumenta interpretanda conatibus

peresset, quae impediret, quin verisimillimam Maffeii conjecturam haberemus, numum referentis ad Ἀβάκαινον, seu ABACAENUM, veterem Siciliae civitatem, nunc inter rudera jacentem, pleneque prostratam. Quam sitam prope hodiernum TRIPIM in Siciliae septentrionali plaga fuisse, sunt qui tradant. Hujus autem, Dionysio I. & Agathocle, Syracusis tyrannidem occupantibus, jam amplae ac florentis, modo eorumdem Dynastarum contra Carthaginienses, modo horum amplectentis partes, haud semel meminit Diodorus Siculus, *Biblioth. Histor.* lib. XIV. cap. 90. edit. Wesseling. Tom. I. pag. 712. al. 444. - lib. XIX. cap. 65. 110. Tom. II. pag. 369. 402. al. 707. 730. & alibi. Confer Philip. Cluverium, *Siciliae antiq.* lib. II. cap. XII. pag. 385. seq. = Sigebert. Havercamp. *ad Philip. Parutae Siciliam numismat.*; *Thesaur. Antiquit. & Hist. Sicil.* Petr. Burmanni Vol. VII. col. 736. seqq.

Quod vero Cl. Maffeii hanc lectionem quodam modo firmare videretur, illud ipsum est τὸ ABA, ut ipse legit, dimidiatam in aliquot numis, Abacaeninorum Siciliae epigraphen certe indicans, quae in aliis ABAK, ABAKAIN, ABAKAINI, & cum integro populi nomine ABAKAININΩN comparet. De cujus epigraphes varia scriptionis ratione adi sis Ill. Principem de Torremuzza, *Siciliae veter. num.* Tab. II. n. 1 — 12. = Jo. Christoph. Rasche in *Lexico univers. rei num. vet.* ad vocem ABA. = Joseph Eckhel, *Doctrin. num. vet.* part. I. Vol. I. pag. 189.

Ac illud quidem, quod ad Abacaeninos Graece inscriptos numos spectat, in controversiam revocari nequit. Verendum tamen, ne Ill. Veronensis Antiquarii Abacaeninae civitati numum adtribuentis, conjecturae tuto stare possimus. Immo vero nonnulla mihi succurrere intelligo, quae alii prorsus civitati ab

ipse fortasse permotus, in hoc effutiendo πλάσματι, seu *figmento*, sibi complacuerit; id totum

---

Abacaeno numum vindicare ostendant posse.

Atque haec quidem mea est ratio. Nimirum secundam epigraphes litteram, quippe in numo haud integram, idcirco incertam ac dubiam esse Maffeius confitetur. Quae littera cum ita sit omnino vitiata, ipsa Maffeii lectio mihi suspecta est errati; eoque magis, quod in eadem ab se descripta littera, quam aeri incisam expressit, nescio quid observem, quod commode aptari ad τȣ̃ 9 *Beth*, Phoenicio-Punici nativam formam nequeat. Accedit, quod illa ipsa littera, singulari sua curvatura in numo ita exhibetur, ut ad characterem in Barthelemyo, & in altero Musei Borgiani, paullo infra exponendis numis, obvium, haud longe accedere videatur.

Nullo igitur firmo argumento, sed una levi fretus conjectura, doctus vir rem suscipit definiendam, quae firmiori certe indigeret documento. Nullum me praeterea ex Abacaeninorum numis hactenus publicatis offendisse memini, qui Phoenicio-Punicas prae se ferret litteras. Contra vero nullus est, quin Graece inscriptus sit, & a Maffeiano typo plane diversus. Neque illud mirabile mihi profecto videretur, quum Abacaeninos uno Graeco utentes sermone, Siculo-Carthaginiensium linguam, mores ac leges cum imperio subire coactos aliquando fuisse, nullo veteris historiae monumento constet. Quamquam ipsis Carthaginiensibus, tunc aetatis magna belli contentione Siciliae dynastas superare conantibus, foedere armorum ac societate juncti quandoque fuerint: quod indicatis locis unus Diodorus Siculus memoriae mandavit. Quare Carthaginienses imperium in civitatem Abacaenum habuisse, Cl. Pellerinio, *Supplément* IV. pag. 76. ex ejusdem Diodori Siculi testimonio adserenti, non est auscultandum. Abacaeninos quidem, qui Agathocli par-

quantum est, hominis quamlibet eruditi somnium fuit uno excipiendum risu. Nam etiamsi

tes tutabantur, post vero Carthaginiensium societatem ei praeferentes, ab eodem Dynasta, ob immoderatam licentiam & crudelitatem erga subditos jam inviso, quemque insigni clade Amilcar affecerat, defecisse tradit scriptor Siculus lib.xix.cap.65. At eorum civitatem Carthaginiensibus armis saltem unquam occupatam fuisse, nihil in eodem auctore legitur, ex quo illud efficiatur; etsi cum ipsis Siculo-Carthaginiensibus aliquid Abacaeninis usus fuisse atque commercii intelligam.

Neque me multum movet ejusdem Pellerinii auctoritas. Scilicet is, loco proxime citato, at Maffeiano numo nihil minus quam ab se inspecto, hoc vellet, ut numus alter a Barthelemyo ex regio productus Museo, *Journal des Sçavans* mens. Novembr. 1763. Tabul. n. 2. pag. 2119. seq. edit. in 12mo, Abacaeninae etiam urbi esset adjudicandus. Verum magno in errato Pellerinius mihi esse videtur, ut qui sibi assumserit tamquam certum, quod si Barthelemyi observasset numum, secus profecto judicasset. Neutrum quidem & Maffeii & Barthelemyi numisma archetypum videre mihi obtigit; de Cl. Galli tamen fide ac diligentia in Phoenicio-Punica sua eruenda inscriptione quare nihil dubitem, in primis facit altera Borgiani numi argentei & minimi moduli ἐπιγραφὴ duabus comprehensa vocibus, quarum postrema Barthelemyanae tam similis est, quam ovum ovo. Quacum quidem voce egregie concinit alterius numi argentei, minimi item moduli epigraphe, quam Petr.Burmanus Secundus *ad D'Orvillii Sicula* Tabul. x. n. 3. satis diligenter expressit. Qui numus in adversa, ab Borgiano paullo infra describendo, nullatenus dissimilis, ex aversa semimonstri biformis, de quo etiam post dicam, protomen sistit, superne vero ejusdem vocis epigraphen. Quamobrem quidquid de hac ipsa Musei regii numi inscripti-

tunc aetatis Antiquariis ipsis nihilo minus quam bene perspecta atque explorata essent hujusmodi

---

one a Cl. Pellerinio disputatum est, id esse ferme totum inane ac commenticium, dicere haud vererer.

Ego vero, nisi me multum fallit opinio, statuere posse mihi videor, utrumque & Barthelemyi & Musei Borgiani numum, quamlibet in typo varium, quin immo ipsum Maffeianum, ad unam eamdemque gentem referendum esse. Quod de numulo ab Burmanno recensito, at Gelae, sicuti Cl. vir ipse perperam censuit loc. cit. pag. 368., nequaquam adtribuendo, est dicendum.

Cujus quidem opinionis nostrae rationem ut aliquam afferamus, & Barthelemyani & Borgiani numismatis typum atque epigraphen exponamus, necesse est. Quid autem Maffeianus numus dignum observatu offerat, jam ostensum a nobis est. Expendamus modo quid Barthelemyanus exhibeat. Atque ex adversa, mulieris caput vel Cereris, vel Proserpinae, vel potius Arethusae visitur intra quatuor pisces. Quos pisces symbolum esse urbis ad mare, aut fluvium adjacentis, notum est. Quo sane symbolo Maffeianus numus nihil hac ex parte discrepat ab Barthelemyano, in cujus aversa, quadriga triumphalis habetur supervolitante victoria sertum porrigente, pone quam stella; in imo exergo Punicae litterae: [illegible] Sic enim hanc epigraphen expressit Barthelemyus, neque indiligenter, quidquid Pellerinius ipse secus disputarit. De Barthelemyi lectione, vera necne sit, posthac quaeremus.

Ante vero quam in ejusdem epigraphes definiendis litteris qualiscumque nostra versetur industria, de egregio Musei Borgiani numo dicendum est. Hunc autem, etsi parum obvium, editum intelligo ab Lastanosa, *Museo de las medallas* &c. Tabul. 47. n. 155.; ex quo Philip. Paruta numi ectipon in suam transtulit *Siciliam numismat.*; *Thesaur Antiquit. & Histor. Sicil.*

monumenta; quae tamen ars critica unquam ferret, ut Sperlingio hasce veteris aevi reliquias

---

Petr. Burmanni Vol.VII. Tabul.XIV. n. 135. In quorum Antiquariorum Syllogis numum alterum videre est ab Barthelemyo vulgatum; apud Lastanosam Tab. eadem n.152.,& Parutam Tab.XIII.n.127.Sed uterque horum doctorum hominum & ipse Havercampus, Parutae illustrator, eorumdem numorum epigraphas in secunda, de qua potissimum quaerimus, earum littera, adeo vitii scatentes, aeri incisas emiserunt, ut nisi Borgianum ad manus nunc haberemus; qua fide atque diligentia Barthelemyus & ipse Petr.Burmannus in suis epigraphis describendis usi fuerint, quidque illarum sententia prae se ferret, haud bene scio, an assequi ipsi per nos revera possemus.

Cl. quidem Eckhel, *Catalogi Musei Caesarei Vindobonensis numor. veterum* part.I. Tabul. V. n.11. pag. 287., numum item argenteum protulit ab Borgiano numismate parum omnino abludentem; in cujus tamen epigraphe, ad imam basim posita, secunda vocis postrema littera, seu ϒ, prorsus vitiata est. Numi autem Cl. vir hanc exhibet descriptionem: = *Caput juvenile nudum.*))((*Bos gradiens, inscriptio peregrina.*

Sed ad tuum singularis elegantiae numulum, praestantissime Cardinalis STEPHANE BORGIA, tandem veniamus. In antica ejus parte, caput juvenile ego ipse deprehendo, brevique tectum capillitio; pone, nescio quid in Vindobonensi haud conspicuum, aviculae autem,alis expansis,vel simile,vel aliud decussatim, quod notam aut ponderis, aut monetarii demonstrare videatur, sed ab Phoenicia certissime distinctum littera. In postica, biforme adest monstrum, seu Taurus gradiens, cujus caput cornutum ad humani vultus barbati imaginem effingitur; supereminente epigraphe: 𐤌𐤁𐤏𐤋 𐤀𐤉𐤀, quae Hebraicis nostris expressa litteris est = מבעל איא *Mebáal*,vel *Mebaël Aiea*,i.e.*Dominans*,

incorruptae antiquitatis locupletissimos testes nihili pendenti, fides sit adjungenda? Quasi ve-

seu *Dominator*, aut *Dominus Aieae*. Confer *Tabulam numorum Phoenicio-Punicorum*, *ex Museo Borgiano*, n.4. Quid vero sit τὸ AIEA, & quam vera habenda sit haec epigraphes lectio, mox declarabo. Sed de singulari ex aversa parte typo obvio, quem pene infiniti numi Magnae Graeciae ac Siciliae ostentant, principio dicendum esse videtur.

Atque hoc biforme monstrum a perpluribus magni nominis Antiquariis Minotaurum fuisse, at falso sic appellatum, qui potius virum Ταυροκέφαλον, seu *Taurino capite* perpetuo mentitur, jam satis explorate demonstrata res ab aliis doctis viris est.

Quid porro hoc biformis monstri symbolo in numis suis significare Veteres voluissent, celeberrimorum Antiquariorum duas potissimum sententias esse intelligo. Ex quorum doctorum hominum numero sunt qui hoc monstri symbolo Veteres ad flumina tantum respexisse pugnent. In qua tuenda sententia, altera autem de Minotauro, quam antea habuerat, merito ab se repudiata, totus est Ill. Princeps de Torremuzza, *Prolegomen.ad Siciliae veter.inscription.*edit.II. pag.XXXXI.seq. ∽ *Terza aggiunta*, seu auctuar.ad Philip. Parutae Siciliam numismat.; *Opuscoli di Autori Siciliani* Tom.XIII. pag.25—29. not. b. ∽ *Veter.numor. Siciliae* pag.10.Quibus in locis eruditorum primùm expositis de hoc simulacro interpretationibus cum Petr. Burmanno *ad D'Orvillii sicula* pag. 389. seq. statuendum censet, Petro autem Carrera Siculo praeeunte, ac pluribus ostendit, ejusmodi simulacrum ad fluvios referendum esse urbibus, illis proximos, qui in numis suis hanc biformis monstri figuram usurparunt. A qua expositione haud multum statim aberrare videtur Cl. Nicolaus Ignarra, vir sane doctissimus, *Dissertat. de Buthysiae agone Puteolano*, ad extremum suum *De Pa-*

ro tanquam fraude conficta essent habenda illa, quae ab iisdem Antiquariis in lucem tum emis-

laestra Neapolitana Commentarium, part.1. §.1. seqq. pag.232.seqq.238.seqq., Etsi semibos vir barbatus, ejus sententia, non est Minotaurus, neque Neptunus, neque Hebo, neque fluviorum genius; attamen hanc biformem Tauri speciem esse ipsum Acheloum (quem antiquae Tabulae regem aquarum praedicant); eaque Acheloi voce non solum Acarnaniae atque Aetoliae fluvium significari, sed esse universe quarumque aquarum vocabulum ipse contendit. Qua re declarata, illud se consequuturum putat, ut commendata Vinandi Pighii & Carrerae opinione sibi suadeat, idem simulacrum typum fuisse abundantiae ac symbolum agriculturae & ubertatis agrorum. Quam sententiam multis ornandam atque amplificandam Cl. vir suscipit. Conferendus Jo. Chr. Rasche in *Lexico univers. rei num.* Tom.II. part.1. col.1115—1222. & Tom. III. part. 1. ad vocem *Minotaurus*.

Hisce eruditorum hominum de hoc simulacro ab Italicae Graeciae ac Siciliae populis, passim in numis suis repraesentato, interpretationibus breviter recensitis, haud satis eidem argumento Borgiani numi typo, non parum luminis affusuro, factum fuisse arbitrarer, si Cl. Josephi Eckhel *Dissertationem* omitterem, quam *De tauro cum facie humana*, Campaniae numis ab se illustratis praemissam, inscripsit; *Doctrin. numor. vet.* part. 1. vol. 1. pag. 129. seqq. Ac de Minotauri quidem gemina natura quid sit sentiendum, re Veterum auctoritate primùm ab se constituta, tum Cll. virorum Carrerae, Pighii, Harduini, Ignarrae, Mazochii, Martorelli, Burmanni, Principis de T. M. & aliorum de altero biformi monstro, in quod nunc inquirimus, enarratis sententiis, Vindobonensis Antiquarii haec est ratio: nimirum verisimile esse, id genus monstri, de quo disputamus, non esse symbolum fluvii; quod sect.

sa, suo recensuimus loco. Quid? Sperlingius esse id totum in fraudibus ponendum ratus, in iis

1. pag. 132—136. argumentis haud levioris ponderis ac momenti stabilire Cl. Auctor aggreditur. Deinde ad similitudinem accedere veri is ipse existimat, idem biforme simulacrum esse Bacchum; quod sect. II. pag. 136—140. productis hanc in rem Veterum testimoniis Cl. vir annititur comprobandum. Nullum namque est dubium, quin Veteres Bacchum ipsum Ταυρόμορφον, *Tauriformem*, Ταυροκέρων *Tauricornem*, & aliis id genus passim appellarint nominibus, ut est apud Lil. Greg. Gyraldum, *Histor. de diis gentium* Syntagm. VIII. Oper. Tom. I. col. 280., & Ezech. Spanhemium, *De praestant. & usu numism. antiq.* Dissert. VII. pag. 392. & 393. Quod ex numis quoque patet. Confer Petr. Burmannum *ad D'Orvilli Sicula* Tabul. XII. n. 9. pag. 414. & 489. = J. Chr. Rasche, loc. ante cit. Tom. I. part. I. col. 1434. & ipsum Eckhel ibid. Hinc canebat Ovidius, *Epistol. Heroidum*, epist. XV. vers. 8. =

Accedant capiti cornua; Bacchus eris.

In hac porro Cl. Vindobonensis Antiquarii disputatione id unum sibi maxime fuit propositum, ut hoc typo fluvios a Veteribus intellectos negaret. Quamquam non is ipse est, sicuti ait pag. 139., ut praestantibus viris magnopere repugnet, qui in hoc typo agriculturae symbolum vident, cujus ego Cl. viri rationum momenta sic comparata esse intelligo, ut mihi temperare nequeam, quin ejus eruditae interpretationi plane adsentiar.

Ergo in biformi hoc monstro cum facie humana cornuta, quemadmodum Borgianus numus hoc simulacrum exhibet, Bacchi typum habebimus, quem primum perhibent boves aratro junxisse; idcirco a multis Veterum, ut Diodorus siculus, ut Plutarchus & alii, Cl. Eckhelio observante, memoriae commenda-

aestimandis monumentis unus solus sapuisset; contra vero Antiquarii plane caecutientes in

runt, aratri & sationis inventor fuisse creditus est, Sed haec hactenus.

Ad Borgiani numi epigraphes lectionem veniamus. Quamvis autem τῦ מבעל prior littera, nempe מ *Mem*, vetustate ferme consumpta in numo observetur, quam in Vindobonensi quoque ex parte detritam video; nihilo tamen minus eo, quo ipsam descripsi modo, restitui posse atque omnino debere, si qui sunt, qui dubitent, hi profecto nodum in scirpo quaerunt. At enim vero, praeterquam quod utroque in numo haec ipsa exesa littera haud obscurum post se relinquit vestigium τῦ מ, seu מ *Mem*; habemus in promptu duos ejusdem plane commatis ab Lastanosa, Tabul. 47. n. 155., ab Paruta, Tabul. XIV. n. 135. productos numos. Quibus sane numismatis, etsi omni ex parte nihil minus quam accurate delineatis, haec nostra tamen lectio plenissime confirmatur. Confer eundem Lastanosam, Tabul. indic. n. 152. & Parutam, Tab. XV. n. 141. Uno verbo, idipsum מבעל, jam in aliis usurpatum ἐπιγραφαῖς, uti Gaditanis, de quibus supra pag. 401. seq., heic esse legendum, certo promittere ausim.

Atque hac prioris vocis epigraphes constituta lectione, nihil video quod in altero, quod sequitur vocabulo, seu איא ΑΙΕΑ, quicquam negotii facessat, Primam & postremam litteram, satis explorate cognitum esse cuique & perspectum potest ad τὸ א *Aleph* omnino pertinere. Secundam vero pro τῷ *Jod*, esse sumendam, vetus Melitense in primis, Phoenicio-Punice nempe ac Graece inscriptum monumentum, de quo pag. 92-147-153-165-177-191-193-200. not. copiose dictum est, habeo, quem testem confidenter sequar. In qua sane insigni epigraphe hoc ipsum elementum eodem habitu in Borgiano & Barthelemyano numismate incedens haud semel comparet. Quod porro illud ipsum esse

eam omnes sententiam conspirassent, ut caeteris doctissimis hominibus imponendum cen-

---

revera τὸ י Jod, jam unanimi consensu, nullaque apud se dubitatione relicta, statuerunt Cll. viri Barthelemyus, Swintonus ac Perezius-Bayerius, & sane rectissime. Illud autem quum ita sit, mirari certe subit, Barthelemyum ipsum hac in numi sui epigraphe, diligenter ab se caeteroquin descripta, statim legendum censuisse τὸ אחא *Ahea*, vel *Okea*, tum potius *Oea*, aut aut *Aea*, hujusque suae lectionis τῦ ה *He*, loco τῦ י *Jod*, propugnandae ergo, in allata Melitensi inscriptione, ad quam loc. cit. *Journal des Sçavans* an. 1763. pag. 2119., ille idem provocat, praesidium quaesivisse. Verum enim vero, eruditissimum virum, si quid eo loci sibi humanum contigit, quod a nobismetipsis numquam alienum est, fefellit ejus memoria. Et quoniam, ut saepe alias ei evenire intellexi, de hujus secundae litterae vera ac nativa potestate haerens dubiusque pronunciat; incertus quoque animi adeo est, ut urbi ne *Oeae* Africano littori proximae, de qua vide Bochartum in *Chanaan* lib. 1. cap. XXIV. pag. 525. seq., an vero cuique alteri Siciliae civitati adscribendus numus sit, non audeat definire.

Sed proximum est, ut quid Phoeniciae epigraphes τὸ איא Aιεα, indicet, brevi disquiramus. Quod vero Cl. Barthelemyus *Aeae* Africanae urbi suum adjudicari numum posse opinatus fuerit, haud equidem video quemadmodum haec bene defendi conjectura possit. Quo minus autem ei adhaereamus, impedimento certe est ipsius numi ab Cl. viro producti elegantia singularis, quae profecto fabricam Africanis numismatis longe superiorem, aperte prodit. Quod de Borgiano aliisque id genus numis eadem signatis epigraphe atque superius prolatis, item adserendum nullus ego dubito. Quare illam ipsam *Aeam*, vel *Oeam*, urbem Africae in D'Anvillii mappis ad longitudin. gradum circiter 31.

serent esse? Apage,inquam,hominis ita comparati animo, at in Phoeniciis tractandis litteris

---

latitudin. vero 39. positam cum אייא *Aiea*, aliorsum omnino quaerenda, in Borgiano numo cumprimis expressa, nihil prorsus habere commune crediderim.

Ac dum mecum haec cogito, & si quid assequi legendo potui, in eam demum inductus sententiam ego sum, ut arbitrer τῦ AIEA vocabulo nihil indicari quicquam aliud posse, quam ipsam illam Italiae adjacentem insulam Αἰαίαν, vel Αἰαίην, quam Calypso habitasse dicitur, ut traditum litteris ab Homero est, Ulyssis errores in interno mari circa Siciliam, Italiamque enarrante, *Odysseae* lib.x. vers.131. Quod postea multi ex Μυθογράφοις fecerunt, ut Hesiodus, ut Apollonius, ut Hyginus, Virgilius, aliique veteres scriptores, quorum praecipua testimonia complexus est Cluverius suae *Italiae antiq.* lib. III. Cap.VII. pag.995 — 999. 1002. Hanc autem insulam, quam Graeci ea appellatione vocarunt, Latini vero AEAEAM dixerunt, quantum Phoeniciae epigraphes, de cujus satis perspecta lectione ne ullum quidem moveri dubium potest, scripturae rationi accomodate, congruenterque aptetur, nemo est, quin sentiat, percipiatque.

Et quia eadem insula, priori suo jam antiquato nomine, posterioribus vero aetatibus plane aliam, ut permultis vetustis & insulis & civitatibus, temporum longinquitate, aliisque de caussis accidit, sortita est appellationem; hinc factum est, ut quis verus ejus situs fuerit ac positio, apud eruditos disputetur. Quam in rem, ne longus sim, Confer eund. Cluverium loc. cit. lib.IV. pag. 1307. = Christoph. Cellarium, *Notit. Orbis Antiq.* lib.II.cap.X.§.XXXIII.pag.766. = Ill.Mich. Vargas Macciuca, *Delle antiche colonie venute in Napoli* Vol.I. §. 42. & 44. pag. 28. & 30. seq.; ubi auctor eruditi hujus operis, quod Cl. Jacobo Martorellio potissimum deberi intelligo, AEAEAM ipsam ab PONTIA;

nihil, ut videtur, versati, tam praeceps, tamque audax judicium ; hominis dico, non investigan-

---

nobilissima insula, hodie PONZA, sinus Formiani, seu Cajetani, non esse distinguendam statuit. At haec fusius persequi non vacat. Maneat autem hoc Borgiani Musei monumento, aliisque generis ejusdem Φοινικῶς inscriptis metallis a nemine Antiquariorum bene observatis, AIAEAM, sive AEAEAM insulam, sicuti Graeci & Latini eam appellarunt, singulari opera, artificioque procudisse numos, quibus suam nominis celebritatem commendaret posteritati.

Sed etiamsi vix, immo vero ne vix quidem definiri posse darem, qui ejusdem insulae situs in Italico mari infero, sive Tyrrheno, fuerit ac positio ; attamen nihil est ambigendum, quin eo nomine antiquitus appellata ibidem exstiterit. Nam Borgianus numus, aliique ejus generis, in quibus legendo τὸ אִיא AIEA, nihil facio, quod non Phoeniciarum modo litterarum nativam indolem rectissime non referat, sed & cum vetustate non bene componetur ; rem, de qua quaerimus, apertissime demonstrant. Verum de vetere AIEA, vel AEAEA insula ab Homero primùm, ut videtur, celebrata, nulla est caussa, cur plura disputem.

Redeo ad illa, quae pag. 440. not. initio dicebam, & de Cl. Maffeio animadvertenda mihi supersunt. Nimirum si in una Gaditani numi Phoenicio-Punica epigraphe eruenda, loc. cit. *Osservaz. letter.* Tabul. n. 14. pag. 291. seq., rem ipse attigit, quamvis in illa interpretanda minus ei successerit ; in caeteris declarandis nihil propemodum ab se scriptum video, quod doctissimi Antiquarii magnis conatibus, laude tamen ferendis, respondeat.

Ac restat, & res ipsa omnino postulat, flagitatque, ut quorum superius pag. 407. etiam memini post Ill. Maffeium, non prorsus omittam doctos illos Antiquarios, hoc progrediente saeculo claros. De quibus

dae, sed involvendae veritatis studio scribentis, rem autem in falsi suspicionem vocantis,

quidem, ut institutum ipse persequar, aliquid est dicendum.

Venio igitur ad Cl. Blasium Anton. Nassarre. Is autem in suo *Prologo* ad *Christoph. Rodriguez Bibliotheca Universal de la Polygrophia Española*, ab se publicatam, tres Gaditanos numos, totidemque bilingues Phoenicios, & unum Mauritaniae Regis Jubae I., tres denique, quos vocat Carthaginienses, sed rectius Siculo-Punicos nominandos, eosque omnes & singulos jam cognitos, exhibuit fol. VII.— IX. Nihil tamen heic reperio, quod has Phoenicias aliquatenus illustret litteras, tum ejusdem eruditi Hispani in iis describendis numis, insignisque διγλώττȣ marmoris Melitensis Phoenicio-Punica delineanda inscriptione, de qua fuse jam disserui, maxime commendet diligentiam.

Videamus jam de reliquis. De Michaele Fourmontio, Orientalium linguarum caeteroquin haud ignaro, quid rursum dicam? Quae de hoc ipso Melitensi monumento commentatus est, sicuti pag. 100. seqq. adnotabam, litterarum vero diagramma, quod ex eadem inscriptione ab se erutum excogitavit, in suaque *Dissertatione* Italice scripta, ibidem commemorata nobis proposuit, quodque Cl. Auctores *Novi Diplomatici Tractatus*, Gallice conscripti, aliquot suis emendationibus, at maxima ex parte ad arbitrium confictis, Tabula aeri incisa num. III. descriptum, reficiendum ac veluti recoquendum censuere Tom. I. part. II. sect. II. cap. XII. pag. 654.; id omne, inquam, hac in litteratura nulli profecto non usus modo nobis fuit, verum etiam in id genus litterarum nativam indolem magis magisque obscurandam, tum etiam veram earum seriem, ordinemque miscendum, ac mirum quantum perturbandum, unice cessit.

Sequitur Cl. Erasmus Froelich. Qui doctus vir

illis ipsis metallis atque lapidibus veneranda vetustate robustis, testatam, plenissimeque confir-

suis in egregiis *Annalibus Compendiar. Regum & rerum Syriae* edit.II., qua ego utor, haud paucos iisdem Regibus Φοινικῶς inscriptos produxit numos, omnes bilingues, a Sidoniis vero, quantum ego intelligo, ac Tyriis, uno aut altero excepto, percussos. Quorum numorum in delineandis ἐπιγραφαῖς Phoeniciis tam praepostere, atque infeliciter res sese habuit, ut, earum lectione ne minimum quidem tentata, de singulis id rursum confirmare possim, quod supra pag.442. aiebam. Quas namque in aes incisas dedit Tabul.nempe VII. n.15. 18. 19. = VIII. n. 10. 12. 15. 30. = X. n.24. = XI. n.16.21.= XII. n.4. 18.,& sub Demetrio III.Tab.XV. n.3., has, inquam, prorsus indiligenter protulit.

Neque id negotii majori diligentia ille ipse curavit in alterius epigraphes proferendo numo, quem Syracusae exsculptum conjectatur pag.23. suae *Notitiae elementaris numismatum antiquorum* &c. Viennae Austriae 1758. in — 4to. Quasi Palladis Galeatum caput, quo numus insignitur, ibid. Tabul.I. n. XI., unis Syracusanis familiare, caeteris vero populis, etiam Siciliae, magnae Graeciae, aliisque infrequens in numis fuisset. In eo autem egregius vir graviter labitur,quod litterarum aliquas, quibus numus utrimque notatur, veteres Graecas adseruerit; quas tamen Phoenicias singulas revera esse, certissime constat. Sed de hoc numo, insulae Aradi Regi, minus recte, ut mihi videtur, tributo, alias.

Nunc ad reliquos duos eruditos Antiquarios, loc. ante cit. commemoratos, progressurus, brevi exponam quid ab eorum laboribus exspectari nobis liceat, quod conducere ad Phoenicias illustrandas litteras possit. Et primo quidem quod Cl. Anglum spectat Richardum Pococke, hujusce litteraturae Phoeniciae studiosis materiam ipse praebuit, amplam sane, quippe

matam ac comprobatam. At quid ego in hoc Sperlingii refellendo tam absurdo παράδοξῳ amplius

qua multa ejus generis eruditio continetur. In eo namque Itinerum suorum Orientalium praeclaro opere, Tomis II. Vol. III. comprehenso, Londini edito an. 1743. & 1745., quod inscribitur: = *A Description of the East, and some other countries*, seu *Descriptio Orientis & quarumdam aliarum regionum*, triginta tres, easque indubitatae fidei Phoenicias exhibuit inscriptiones, Vol. II. part. 1. lib. III. cap. 1. pag. 213. Quas Tabula XXXIII. ibidem aeri incisa vulgavit, e veteris urbis Citii, in Cypro insula, olim percelebris, ab Phoenicum coloniis, vetustissimis temporibus multum frequentatae, sese ruderibus eruisse testatur. Has vero, etsi in manus hominum emittendo, nullis Cl. Anglus locupletavit observationibus; eo tamen nomine dignus profecto, qui ab harum litterarum cultoribus gratiam meruerit. A quibus litteratis viris non minorem verbis quam re gratiam quoque iniit Cl. Posterus, Medicus Anglus; majorem sane fuisset consequutus, si quas, cum Cyprum insulam lustraret post Pocockium, ex inscriptis id genus lapidibus viginti novem descripsit epigraphas, & in patriam detulit; palam fecisset atque illustrasset. De quibus epigraphis adeundus Joan. Swintonus, *Inscription. Citiear.* pag 7. seq. *Dissertat.* I.

Quo autem charactere eae ipsae essent inscriptae, statim quidem sibi ignoto, *uniutelligible*, seu haud intelligibili exaratas Cl. Pococke dicit. Verum ad vetustas esse omnino referendas Phoenicias litteras, recte ibidem conjicit. Quas namque earumdem illustrandarum onus suscepere duo Cll. viri Swintonus & Barthelemyus, quod suo dicitur loco, illud ipsum in tanto collocarunt lumine, ut quis in dubium vocaret, is certe hisce in litteris prorsus hospes habeatur, oportet. Tametsi earum litterarum nonnullas quibus Citieae inscriptiones delineantur, insolito quodam ductu

immorarer? Cujus conjectura quam falsa sit, hujusque assertio multo magis, nemo unus iis

atque habitu incedentes apparere, equidem intelligam. Quod ipsorum Phoenicum scripturae rationi, in suis diversis coloniis, non uno semper eodemque, & temporum lapsu, servatae modo tribuendum est.

Ac, quod caput rei est; eam omnem quidem, qua ipse poterat, diligentiam in iis ἐπιγραφαῖς, maximam partem sepulcralibus, e Citii vetustis lapidibus eruendis Cl. virum Pocockium adhibuisse, nullus profecto dubito. Neque is ego sum, qui viro probo atque docto illud adserenti, hac de re litem moveam. Attamen in doctissimi Angli ἀπόγραφα non unum irrepsisse errorem, testem mihi liceat appellare hac in litteratura versatum sane, Barthelemyum dico, de hisce ab Cl. Anglo in lucem emissis Citieis inscriptionibus sic ajentem: = " Il s'est glissé bien des erreurs „ dans les copies de M. Pococke, dont la pluspart ne „ représentent que de simples fragmens; presque tou„ tes ces inscriptions étoient destinées à des tombe„ aux, & ne contiennent que des noms propres; ce„ pendant comme elles peuvent servir à fixer la va„ leur de certaines letres Phéniciennes, j'ai cru de„ voir joindre ici les éclaircissemens qu'elles m'ont „ fournis „. Haec summus vir in suis animadversionibus, seu *Réflexions sur quelques monumens Phéniciens* &c. Commentar. Acad. Reg. inscript. Tom. xxx. pag. 421. Confer & ejusdem *Lettre à M. le Marquis Olivieri, au sujet de quelques monuments Phéniciens*, pag. 32. seqq.

Sed de iisdem Citieis inscriptionibus, ad Phoenicias juvandas litteras conducentibus, ut de Sinaicis nihil dicam ab eodem Cl. Pocockio, loc. cit. Vol. I. lib. III. cap. III. pag. 148. & 149. Tabulis duabus aere incisis editis, in utrisque autem vulgandis, iisque ab interitu ita vindicandis, bene de hisce litteris merito, satis dictum esto.

versandis Phoeniciis monumentis aliquantulum deditus, non statim intelligit.

Atque huius πλάσματος est fere simile, quod nostra memoria eruditus alter protulit, quodque paucis explosit Princeps de Torremuzza (1). Qui quidem scriptor, quisquis ille fuerit, eo usque somniavit, ut nulla Phoeniciae litteraturae monumenta hactenus detecta esse; characteres vero, quibus inscribuntur Melitenses lapides, Arabicos esse non Phoenicios, sive Punicos; Citieas autem epigraphas ab Richard. Pocockio in Cypri effossas insula, atque ab Cl. Swintono ex

Paucis demum absolvamus quae de altero Cl. Antiquario Oxoniensi, Francisco Wise, cujus quoque loc. eod. meminimus, habeamus dicenda. Is autem de Phoenicum numis sermonem instituens, deque eorum lingua, qua describuntur, universim disserens, *Numorum antiquorum scriniis Bodleianis reconditorum catalog. cum commentario Tabulis aeneis & appendice*. Oxonii 1750., pag. 217., rem sic exequitur, ut quos Tabula xv. n. 2. 3. 5., & inter Carthaginienses ibid. n. 6. repraesentat; tum quos Vaillantius & Haymus protulere, in eorum ponat numero, a quorum litteris, quibus signantur, Phoenicio-Punicis, quippe sibi ignotis, declarandis sese abstinendum satius existimavit, donec inquit ille, major lux illis affulserit. Quapropter de horum numorum typis tantum atque imaginibus agendum duxit pag. 218. seq. Cujus quidem Cl. Archaeologi ratio ad Phoenicias litteras illustrandas quemadmodum conferat, qui iisdem sese dederunt, satis intelligent.

(1) In *Siciliae & objacentium insular. veter. inscription. nova collectione*, classis III. pag. 317.

parte illustratas, antiquissimis Graecorum potius litteris, quam Phoeniciis esse exaratas, fingendum sibi arbitraretur.

Mirabile profecto videri debet talia in mentem venire docto homini potuisse, quae tot Antiquariorum, tamque illustrium scriptorum consensioni non modo adversantur; verum etiam res ipsa secus omnino esse demonstrat plane ad veritatem. Sed quibus oculis ille ipse haec viderit, facile intelligere licet. Nimirum hanc opinandi rationem & vere novam & plane inauditam, characterum tam veterum, quam recentium Arabicorum ab Phoeniciis toto coelo discrepantium, uni inscitiae adscribendum puto. Antiquissimis vero Graecorum litteris ab vetustissimis Phoeniciis quidem repetundis, sed utrisque longo temporis decursu, non unum eundemque habitum atque faciem semper induentibus, suasque, ut omnium rerum est vicissitudo, immutationes passis, ille idem scriptor nequaquam advertens animum, hos idcirco ludens errores, omnia in hac miscuit atque perturbavit litteratura.

Sed ea est id genus hominum, quum singulares videri velint, innovandi prurigo, iis vero contradicendi, quae ab doctissimis viris, veterum monumentorum ope ac praesidio, constituta rectissime sunt, licentia, ut plane existimem, nihil intactum, nihilque integrum in to-

ta antiquitate relicturos, nisi ne veri quidem similes fieri ineptas, immo & audaces eorum opinationes posse, jam persuasissimum haberent.

Neque illud ullo modo ferendum est, quod vir alter, eruditionis quidem laude clarus, sed illa antecepta jam animo de vana *Christo Hellenista* opinione (1) ductus, in hanc de Phoeniciis numis

(1) Atque hujusce opinionis tuendae sibi ipse onus suscepit in illa diatribe sic inscripta: = *Domini Diodati, JC. Neapolitani, de Christo Graece loquente exercitatio; qua ostenditur Graecam, sive Hellenisticam linguam cum Judaeis omnibus, tum ipsi adeo Christo Domino & Apostolis nativam ac vernaculam fuisse.* Neapoli 1767. in — 8vo. pagg.204. Cujus ego Cl. viri παράδοξον, quaeque ex eo consequantur, brevi exposui, ac confutavi in libro *Des Titres Primitifs de la Révelation* Tom.I. pag.116 — 120. & 276. seq. not. Sed adeundus Cl. Joh. Bernard. De-Rossi, *Della lingua propria di Cristo, e degli Ebrei nazionali della Palestina, da' tempi de' Maccabei*. Parmae 1772. in — 4to min.form. pagg.244. Ubi tribus exploduntur dissertationibus & sane docte, distincte & copiose, Neapolitani JCti multiplices, ac prope infiniti lapsus; qui quidem ejusmodi sunt, ut cum vetere non modo pugnent historia, sed cum non paucis, iisque egregiis Philologiae sacrae & profanae capitibus vix bene consistere, omnino autem componi ne vix quidem possint. Vellem tamen doctissimum Rossium in Phoeniciorum numorum fide vindicanda, *Dissertat.* 1. pag. 58. & 59., aliquid firmius adtulisset atque opportunius, quod eorum γνησιότητα, caeteroquin satis superque exploratam, magis magisque demonstrasset. Id namque argumenti genus levissime attingit. Eaque de caussa, opinor, illud potissimum fecit, quod haec

scribit sententiam : = *Ad numos quod attinet, vix equidem persuadere mihi possum, qui duplici lingua, & charactere Graeco, & Phoenicio, sive uno Phoenicio inscripti reperiuntur, genuinos esse.* Ita ne? illud vero quantumvis docto viro, sanae

---

tractatio ad institutum vel minus pertineret, vel rem jam pervulgatam atque perspectissimam, summaque Antiquariorum consensione firmatam, copiosius declarare Cl. vir non judicarit.

Caeterum numus, cujus is ipse ibidem meminit, quem Phoenices Antiocho III., ob urbem Tyrum ab se occupatam gratulantes, in ejus honorem percussere, eumque aera signavere Seleucidarum, annum certe prae se fert PIZ, seu 117., non autem 126., sicuti Cl. Rossius ponit; quo quidem postremo anno ille idem Syriae Rex, cognomento Magnus, vitam finivit. Numum vero alterum Graece ac Φοινικῶς Antiocho IV. a Tyriis inscriptum, cujus quoque eo loci mentionem facit Cl. Professor Parmensis, & in ejusdem epochae annum minus recte refert, nempe 149. quo ille Rex Syriae, vermibus consumptus, justo divini Numinis judicio (II. Machab. IX. 18.) miserabili obitu vita cessit; in annum 144. revera incidere, Graecae ipsae *numerales* litterae ΔMP, apertissime ostendunt. De quibus numis duobus vide Vaillantium in *Seleucidar. imperio* edit. I. Paris. pag. 150. & 196. = Erasm. Froelichium, *Annal. Compendiar.... Syriae*. Tabul. VI. n. 15. — Tab. VII. n. 18. pag. 51. Ne longus sim, mitto caeteros ab Froelichio, aliisque Antiquariis productos numos, iisdem inscriptos Regibus. Quorum numorum nullus cum annis Graecorum ab Cl. Rossio notatis convenit. Adi sis etiam J. Chr. Rasche in *Lexico univers. rei num. vet.* Tom. I. col. 817. 819. & 825.

antiquitatis monumenta tractare sibi sumente, parum dignum, iisdem tamen iisdem rationum momentis, quae ex Othon. Spersingio supra, scilicet pag.469—473. & 481. recitavimus, confirmare se existimat posse. Quod ut ostendat, testem appellat praeclara illa duo monumenta ab Grutero (1) edita, tum innumeros Tyriorum, Sidoniorum, caeterorumque Phoenicum numos ab numariae rei productos scriptoribus, eoque non alia atque Graeca cusos inscritpione (2). Tantum

(1) *Inscription. Antiquar.* Tom.III.pag.MCV. Quae monumenta Phoenicum Puteolis degentium epistolam exhibent Ordini, populoque Tyri transmissam & horum responsionem ad illos. At ea multo emendatius edita atque Latine primùm conversa, aliquotque suis animadversionibus aucta, Cl. vir Jacobus Martorellius, ὁ μακαρίτης, vulgavit eo in docto opere, quod Ill. Dux Michael Vargas Macciuca in lucem emisit *Delle antiche Colonie venute in Napoli* Vol. I. pag. 330--333. Rursumque eadem edidit, eaque etiam correctius, novaque interpretatione Latina ac doctis notis illustravit Cl. Nicol. Ignarra in *Dissertat. de Buthysiae agone Puteolano*, ad extremum suum egregium *De Palaestra Neapolitana Commentarium* pag.279--314.

(2) Haec autem ab erudito Dominico Diodati, loco cit. part.1.cap.1.propos.1.pag.22.seq., summa adducuntur confidentia, veluti omnis litteraturae, ac prisci popularisque sermonis in Phoenice universa, Seleucidis imperantibus Regibus, plane planeque antiquati; unius vero Graecae linguae eadem aetate ibidem receptae, haud vanum indicium, certissimumque argumentum, quo Tyriorum, Sidoniorum, ac caeterorum Phoenicum numos tam bilingues, sive Graeco & Phoenicio charactere exaratos, quam Φοινικῶς tantum inscriptos,

quoque apud eum ipsius Sperlingii valet commentum, ut sibi subsidio venire jactet epocham iisdem in numis usurpatam Seleucidarum .

---

fictitios esse atque commenticios pugnat. Quasi Phoenices, Seleucidis Syriae rerum potientibus subjecti, nullum omnino libertatis signum retinuissent, in primis jus illud homini innatum, proprio sermone loquendi, tum etiam monetae suae eadem nativa lingua cudendae potestatem. Nam, ut de ipsis Tyriis scribit Strabo, *Rerum Geographic.* lib. XVI. pag. 1098., al. 757., Οὐχ ὑπὸ τῶν βασιλέων δὲ ἐκρίθησαν αὐτονόμοι μονὸν, ἀλλὰ ϗ ὑπὸ Ρωμαίων, μικρὰ ἀναλώσαντες βεβαιωσάντων τὴν ἐκείνων γνώμην. i. e. *Non a Regibus quidem solum liberi judicati sunt; verum etiam a Romanis, pauca solvendo, confirmantibus his illorum sententiam*. Quod ex multis Phoenicum numis autonomis potissimum confirmatur.

Igitur, si Icti Neapolitani commentum unquam arrideat, statuamus, necesse, eosdem non modo numos, quos in Phoenice editos certissime scimus; sed & caeteros omnes, qui ad Phoeniciae litteraturae fontes aperiundos tanto usui esse nobis possunt, & a Phoenicibus, suis in coloniis per Ciliciam, Syriam, Africam, Cyprum, Siciliam, Hispaniam, alioque diffusis, olim vero, sed varia subinde aetate percussos, eosque ab probatissimis vulgatos Antiquariis, inter nothos esse recensendos. Quo sane, ut rursum dicam, nihil obtusius fingi potest atque absurdius. Nam eorum omnium & singulorum numorum, diverso quidem tempore cusorum, una eademque natura est ac ratio; etsi in iis, quibus inscribuntur, litteris Phoenicio-Punicis aliqua varietas observetur. Quod diversitati locorum, quos Phoenices occuparint, est tribuendum.

Quod si praeterea Seleucidarum epocha illud efficiat, quod Cl. Ictus Neapolitanus comminiscitur; con-

At haec quam levia sint, quamque infirma, ut modum tandem faciam, ex ipsis nostris ad i-

sequens quoque fiet, non numos tantum Φοινικῶς descriptos, hac ipsa aera notatos; sed & bilingues, immo etiam ipsas illas, de quibus supra disputatum est pag. 177--189., easque eadam signatos aera, a Phoenicia autem dialecto nequaquam discrepantes, nihil in se continere, quod aliquis ἀπατηλὸς, sive *impostor*, non commentus fuerit. Dicam amplius: haec Cl. Icti Neapolitani ratio si quicquam valeat, Machabaeorum libri primi fidem in periculum vocabimus, quippe quia illam ipsam epocham sacer scriptor usurpat Seleucidarum. Quem tamen sacrum librum Hebraice, seu Syro-Chaldaica lingua, qua tunc temporis Judaei uterentur, ea vero ad dialectum Phoeniciam quam proxime accedente, descriptum primùm fuisse, sicuti ex ejus stylo satis intelligitur, testantur gravissimi Doctores, Origenes apud Eusebium, *Histor. Ecclesiast.* lib.VI.cap.XXV.pag.184., & Hieronymus ipse in *Prologo Galeato*. Quorum sanctissimorum Patrum sententiam doctissimis & Interpretibus & Philologis, ac summis in re critica viris, quos brevitatis ergo omitto, maxime probatam intelligo. Adeo hoc in suo propugnando *De Christo Hellenista* commento sese doctus Ictus Neapolitanus implicuit erroribus.

Neque est credendum, Phoenices ipsos in suis percutiendis numis Seleucidarum aeram ita servasse, nullam ut adhiberent aliam, vel semper usurparent. Est enim autonomus numus indubiae certe fidei, de quo supra egimus pag.442. seq.not., qui secus omnino efficiat. Quod quidem ex altero, quem ineditum suspicor, numo aeneo Musei Bibliothecae nostrae Casanatensis bilingui, ex adversa sic inscripto, nempe Τυρȣ (in monogrammate) ΑΣΥΛȣ ΙΕΡΑΣ, seu *Tyri Asyli*, sive *inviolabilis*, *Sacrae*; paullo infra, navis; subter, Phoenicia haec epigraphe: = לצר *Letsor*, i. e. *Tyri*.

mas paginas remissis animadversionibus, ne minime gentium dubitans, arbitror colligendum.

In adversa adest caput muliebre, turritum & velatum; pone, ramus palmae; ante, B Graecum, notam, opinor, anni secundi novae ac propriae epochae ab ipsis Tyriis, altera vero jam antiquata Seleucidarum, inductae referens. Hanc autem coepisse anno Urb. Rom. 628. multis demonstravit Ill. Cardin. Norisius, *De epoch. Syro-Macedon.* Dissert. IV. cap. III. pag. 323. seqq. Neque discrepat Cl. Joseph. Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part. I. Vol. III. pag. 382. Percussum igitur hunc autonomum bilinguem numum fuisse anno 629. U.R. hoc est, ante Christ. 125., erit dicendum. Missos facio alios ab Antiquariis descriptos numos, quibus id ipsum plenissime comprobaretur.

De vocibus autem ΑΣΥΛΟΥ & ΙΕΡΑΣ huic Casanatensi inscriptis numo, non est quod multum dicam. Tyrios namque cum suam civitatem, ut tradit Eusebius, *Histor. Ecclesiast.* lib. x. cap. VII. pag. mihi 288., *Θεῶν ἀθανατῶν ἵδρυμα καὶ οἰκητήριον*, *Deorum immortalium sedem & domicilium* existimarent; idcirco de jure Asyli maxime gloriabantur. Tyrum ergo tanquam locum tutum & *inviolabilem* & *sacrum* habentes, alterutrum, aut utrumque *ἀσύλου* & *ἱερᾶς* titulum in suis publicis consignari monumentis magno studio curabant. Quam appellationem, non unam urbem Tyrum, sed & alias tam Graeciae, quam Asiae permultas civitates sibi adjudicasse, palam liquet ex numis & lapidibus. Quam in rem conferendi Ezech. Spanhemius *De praestant. & usu num. antiq.* Dissert. IX. pag. 665--674. = Jo. Christ. Rasche in *Lexic. univers. rei numer.* Vol. I. part. I. col. 1026--1029. = Jos. Eckhel, *Doctrin. num. veter*, cap. VIII. part. I. Vol. IV. pag. 306--309.

Caeterum hic aeneus & parum obvius Bibliothecae Casanatensis numus palam etiam arguit falsitatis quod Cl. Froelichius, *Annal.... Syriae* pag. 113. not. 18.)

Ac eo unde longius, quam constitueramus, digredi compulsi sumus (quod diverticulum a

adserit; videlicet Tyrios aeram propriam numis argenteis, aeneis vero aeram Seleucidarum insculpsisse. Recte autem animadvertit Cl.Eckhel,ibid.part.I.Vol.III. pag.384.,a similitudine veri abhorrere, placuisse Tyriis alia aera uti in argenteis numis, alia in aeneis. Quare ejus sententia statuendum videtur, Tyrios inducta semel aera propria, ab hac nisi in numis Regum numquam discessisse.

Illud quoque tenendum, eosdem Phoenices haud semper aera sive propria, sive Seleucidarum suos signasse numos; quod ex altero numo Sidoniorum *ὁμόνοιαν* cum urbe Tyro exprimente (supra pag. 444. seq.) ab Vaillantio praeter caeteros, *Seleucidar.Imper.* pag.200. producto, recte evincitur.

Numum quoque alterum Cll. viris Pellerinio, Echkelio, Raschio, nonnullisque aliis, quos consuluerim, Antiquariis ignotum, quem ad manum habeo ex Ill. Alexandri Recupero numiphylacio, heic proferre mihi liceat, quippe ad rem nostram apposite facientem. In antica parte caput cernitur muliebre,turritum, sed non velatum: in postica, victoria alata, triremi insistens, cotonam protendit lauream; sinistrorsum, ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ, *Sidonis Deae*, sive Astartes; dextrorsum, epigraphe Phoenicia, quae Hebraicis nostris expressa litteris est legenda: = לצדנם *Letsidonim*, hoc est, *Sidoniorum*. Ac Pellerinium, *Recueil de Médailles de Rois* pag.86. nihil moror. Quo loco de numo verba faciens Tabul. x. n. 6., Demetrio II. Syriae Regis ab se tributo, ex aversa eamdem bilinguem exhibente *ἐπιγραφὴν*, Phoeniciam ipsam, sublata littera initiali ל, quae casum obliquum notat, legi etiam posse צדלם *Sidlam*, eoque modo interpretari *Sidon mater*, vel *metropolis*. Cujus plane singularis interpretationis, doctum virum in Hebraeorum sermone parum exer-

nobis veri studium extorsit) ad institutum revertamur. Pergamus ergo, ut propositum nobis est, caeteros doctos illos viros etiam colligere, qui ab hoc medio ferme saeculo ad usque aetatem nostram, huic sese studio tradentes, Phoeniciae litteraturae aperiundis fontibus operam dederunt. Ab eorum namque laboribus quid tandem incrementi eadem litteratura ceperit, reliquum erat, ut disquireremus. Quos ego praestantes viros in hoc doctrinae genere summa cum laude versatos, animo intueor, ut Johan. Swinto-

citatum declarantis, haec eo judice ratio est, quod Sidon hunc honoris titulum sibi potius, quam Tyro, suae filiae, jure antiquitatis competere, haud immerito censeret. At, praeterquam quod ejusdem Phoeniciae vocis penultima littera a τῷ ל *Lamed*, prorsus differt, tunc etiam τὸ נ *Nun*, haud dubio ipsa exprimit; mirari subit, Cl virum ab Hebraeo-Phoeniciae dialectus analogia tam absonam lectionem commentum fuisse atque interpretationem. Quod si ita esset, ut ille idem sine ratione contendit; quare in aliis, hac ipsa Phoenicia ἐπιγραφὴ signatis Sidonis numis, *Recueil de Méd.de Peupl.* Tom.II. Tabul. LXXXII. n. 19. — 22. pag.221. = Tom.III. Tabul.CXIX. n.25. pag.141. = *Supplément* II. Tabul. VIII. n. 2. 3. pag. 89. & 90.; cur, inquam, in ejusmodi διγλώττοις producendis numis, qui singuli aera notantur, ab admittenda lectione לצדנם *Letsidonim*, quae una sola vera est, nequaquam repugnarit?

Sed haec de Phoenicum numis, varia aera instructis modo, modo nullam prae se ferentibus, dicta sunto, quorum sane caussa Cl. Pellerinii lectionem reprobandam censuimus.

num, ut Jacob. Barthelemyum, ut Joseph. Pellerinium, ut Francisc. Perezium-Bayerium, ut denique Principem de Torremuzza & Ludovic. Dutensium: hos, inquam Antiquarios (1), quanti sint!

---

(1) Quorum doctorum hominum labores ad Phoeniciam litteraturam pertinentes, hac una sequenti adnotatione nostra recensendo complectemur.

Ac primum de Cl. Swintono dicamus. Atqui huc faciunt ejus *Inscriptiones Citieae, sive in binas inscriptiones Phoenicias inter rudera Citii nuper repertas, conjecturae. Accedit de numis quibusdam Samaritanis & Phoeniciis, vel insolitam prae se litteraturam ferentibus, vel in lucem hactenus non editis, Dissertatio*. Oxonii 1750. in-4to pagg. 87. Hujus recensio fit in novis Actis eruditorum Lipsiens. mens. Augusti an. 1755. pag. 468-475. Eo quoque spectat altera de hoc ipso argumento dissertatio eamdem in fronte exhibens epigraphen, iisdemque Oxoniensibus typis edita an. 1753. in-4to; ubi alias duas Citienses inscriptiones, tum Samariticos alios ac Phoenicios numos Cl. Auctor illustrare instituit. Quam alteram lucubrationem haud exiguae raritatis eo magis ego censeo, quod ab Swintono vix evulgata est, cum ille ipse omnia penes se recipiens exemplaria, ne in manus hominum inciderent, ea singula aliquot, plagulis studio mutilaret. Scilicet hoc ejus consilium fuit, ut quae de numo praesertim n.XVIII. hac in altera dissertatione disputarat, eruditorum oculis subtraheret. Nam quem eumdem numum pag.63-65., licet postrema sua littera male ab se lectum, Maratho tamen urbi haud immerito adtribuerat, hunc ipsum & alios eadem plane signatos epigraphe, ad Sidonem esse prorsus referendos, postea, at perperam, *Transaction. Philosophic.* Vol. L. part.II. pag.796. apud Dutensium, sibi visum est. Qui numi non alio quam ad Marathum revera pertinent; (Vid.

si tacitus praeterirem, ab instituto longius aberrarem. Iis namque commemorandis aetatis no-

---

supra pag.482. not.) quod primus omnium optime vidit Barthelemyus.

Hujus autem alterius dissertationis eo pacto ac data opera mutilatae & ab ipso Auctore quodam modo suppressae, ratio effecit, ut eruditorum hominum, quorum eamdem legere interesset, ut Barthelemyi in primis, cujus hanc in rem confer *Lettre à M. le Marquis d'Olivieri* pag.24., & quicum nimio sane ardore atque studio magnas de id genus numis, aliisque Φοινικῶς inscriptis monumentis contentiones fecit Swintonus, (supra pag. 147. 149. 151. not.) reperire potui neminem, cui hanc aliquando evolvendi facultas daretur. Forte tamen fortuna, post diligentes atque assiduas, & plus semel iteratas inquisitiones, dissertationis exemplar, sed initio & ipsa numorum Tabula, deficiens, servatis caeteris, quae ad binas alias inscriptiones Citienses numos maxima ex parte pertinent; a septuagesima vero prima & sequentibus paginibus mancum, Londino mihi Romam an. 1786. ab amico transmissum tandem est. Quae porro praedicanda duxi, ne sint fortasse qui mihi vitio vertant, quod de Phoeniciis in iisdem dissertationis suae truncatis locis, ab Swintono expositis numis nihil ferme habuerim, quod dicerem.

Ad ipsas priores duas inscriptiones Citienses veniamus. Missis autem quae de Citio, Cypri insulae urbe olim, ut ante dixi, celeberrima, hodie *Larnaka*, vel *Larnica* nuncupata, deque Citiensium rebus Cl. Auctor paucis perstringit pag.9-11., quid ipsae inscriptiones ab se illustratae prae se ferant, videamus. Has vero eadem plane ratione Tabul. I. n.1. 2. Swintonus exhibet, qua in suo specimine Pocockius, loc. supra cit. Tabul. XXXIII. n.5. & 12. eas protulerat. Quas quidem ad prisci Alphabeti Phoenicii normam esse ex-

strae doctissimis Antiquariis etiam illud, opinor, assequar, ut qui ad nostra usque tempora Phoe-

---

aratas, bene observat Swintonus, & res ipsa loquitur; una tamen earum, quibus inscribuntur, Phoenicia littera excepta, eaque injuria temporis, judice Swintono, aliquid detrimenti passa, quaeque prioris inscriptionis secundi versus octava habetur. Hanc vero quae ad formam τȣ̃ כ *Caph*, Hebr. proxime accedere mihi videtur, cum duabus aliis Pocockianae Sylloges collatam litteris, nihil aliud esse quam τὸ ה, *He*, vel τὸ ש, *Schin*, Hebr., satis ingeniose cogitata conjectura ipse existimat. Ex hac ergo ab se primum expensa litterarum potestate, pag. 12 — 16., prioris inscriptionis lectionem depromit, quae est hujusmodi: = לעבדאממן בן עבדמן הרב, vel שרב, *Leabdamamon Ben Abdemon Harrab* vel *Sherrab*, i. e. *Abdamamono*, *filio Abdemoni* (qui est, aut fuit princeps) sive *Principis*, aut *Reguli*. Aliter vero, ut inscriptionum Romanarum sepulcralium indoli atque genio aptetur: DIS MANIBUS ABDAMAMONI FILII ABDEMONI PRINCIPIS. In qua eo interpretata modo inscriptione, cum ad Hebraismi analogiam verba singula apte accommodentur, nihil video, quod desiderarem.

Ad alteram quod adtinet Citiensem inscriptionem, cujus Phoeniciae litterae sunt explorate cognitae, nihil quoque in ea reperio, quo minus ipsam Cl. viri expositionem amplectamur. Haec autem sic habet pag. 34. seq. = לאשמן בן אבע, *Leasman Ben Aba*, vel *Leesmun Ben Aba*, i. e. *Esmuno Abae filio*: sive D. M. ESMUNI ABAE FILII.

Atque ut omittam caetera, quibus utriusque epigraphes nominum appellationes illustrare Cl. vir aggreditur, ad earum aetatem est accedendum, qualem ipse suspicatur. Nam eo nos ducit, ut hanc & illam sepulcralem inscriptionem quadringentesimo circiter anno ante Christum natum positam fuisse, quam veri-

niciae litteraturae cursus omnis fuerit & exitus, aliquo modo appareat. Atque ita spero fore, ut

---

simillime statuendum Cl. Swintonus coniiciat. Quorum lapidum tantam ut ostendat vetustatem, quisnam fuerit ille Abdemon in priori commemoratus epigraphe, primùm inquirit. Ergo ejus sententia, pag.24. seq., si Isocratem, Diodorum Siculum, Theopompum apud Photium, diligentius paulo evolvamus, ex his enim inter se collatis, colligere licet, exulem quemdam virum e Phoenicia profectum, sive potius Tyrium, cui nomen ABDEMON, ejecto Evagora I., potestate regia Salaminem tenuisse; quin & ejusdem filium, tyranno postea interempto, ad Citium, sub Persarum signis militantem nece cecidisse. Brevitatis caussa tacitus praetereo quae ex Petr. Wesselingii adnotatione in Diodori Siculi lib.XIV.cap.98. Tom.I. pag.716.717., tum ex ipsius Diodori Siculi lib.XV. cap.3. & 4. pag.6. Swintonus profert pag.25--27., quibus efficiat Abdemonum, Regis Persarum amicum, Citieum fuisse & Citio, ante Salamine expulsum Evagoram, constitisse. Dabimus id quidem. Quod vero Abdemoni filius in Persarum copiis ad Citium stipendia meruerit, ipseque vel in navali praelio, quo Persae Evagoram II. debellarunt, Olympiade nempe XCVIII. an.3, seu 386. ante Christum anno, vel in Salaminis obsidione, qua Persarum exercitus hac victoria excitatus, ut Diodorus Siculus scribit lib.XV.cap.3.seq.pag.6.al.460., urbem a terra simul & mari tunc oppugnavit, Abdamamonus caesus ceciderit; illud sine auctore, sine teste, sed una conjectura Cl. Swintonus adserit. At enim neque Isocrates, neque Diodorus Siculus, neque Theopompus apud Photium Cod.CLXXVI. col.390. seqq., ea de re verba faciunt; immo vero iisdem in scriptoribus de ipso Abdamamono ne vestigium quidem. Quod si eorum aliquis hoc & illud litteris revera mandasset, nulla profecto suboriretur dubitatio, quin Abdemoni

quos in hoc sese quisque exercendo antiquario studio progressus fecerit, quemadmodum pagg. 39. 298. & 395. proposui, ostendam.

filius idem atque ille fuerit, cujus inscriptio ipsa meminit. Quo posito monumentum hoc sepulcrale ad annum circiter 386. esset referendum.

Quamquam, etiamsi de tanta inscriptionis vetustate quidquam definitum esset ac certum, quod tamen Cl. Swintonus pag.27. pro certo atque indubitato non habet; haud video quod sequatur eamdem epigraphen, reliquis, quotquot hactenus innotuerint Φοινικῶς inscriptis, sive numis, sive lapidibus, sua antiquitate praestare. Verumtamen si Dionysi I., Syracusarum Tyranni, Phoenicius numus, de cujus γνησιότητι perplura dixi pag.376 --382, alicujus fidei sit atque auctoritatis, uti revera est, ipsa Citiensi epigraphe vetustior habeatur, oportet. Omitto quae de Melitensi διγλώττῳ monumento pag.197--200.not.ego ipse attuli. Quem sane numum, & Melitensem lapidem, si doctus Swintonus observasset, non tam hac in sua opinione tuenda laboravisset. Quod de aliquot numis Phoeniciis eamdem aeram antecedentibus, arbitror adserendum. Ante namque Alexandri aetatem, sicuti opportune advertit Barthelemyus, *Lettre aux Auteurs du Journal des Savans*, quae eidem inserta diario mens.August.1760.pag.1532. edit. in--12mo habetur, Phoenices Persarum Regum typo insignitos numos percussisse, non est ambigendum. Etsi Swintono adserenti hanc priorem sepulcralem epigraphen & alteram Esmuno, Abae filio, inscriptam, quam pag.32--42. illustrare sibi proponit, in earum esse ponendas numero, quae vetustate sua aeram antevertant Seleucidarum, quasi invitus repugnarem. Quum autem haec altera Citiensis sepulcralis inscriptio, pro vetustiorum Orientalium more, virorum tantum modo nomina exprimens, iisdem litterarum

Jam vero ut multa paucis heic comprehendam, quae adnotatione imis subjecta paginis fu-

---

formis sit exarata, eumdemque genium prorsus sapiat & indolem; eamdem idcirco, vel certe non longe diversam ab illa antiquitatem redolere, Cl. Swintonus non sine ratione contendit.

Quod demum ad nominis Edmuni, Abae filii, appellationis rationem adtinet, primum Aesculapio Phoenices antiquitus indidisse, alterum vero apud eosdem invaluisse, Veterum aliquot testimoniis haud obscure comprobari posse, Auctor ostendit. Ergo Esmunum, filium Abae, Regem, Principem, Ducem, Heroem, aut satis ampla dignitate fulgentem virum, cum sepulcrum, tum inscriptionem sepulcralem meruisse, ipse concludit pag.41. Neque mirum nemini videatur, Citienses a Phoenicibus ortos, id suis bello deletis, iisque viris illustribus fecisse, quod Graeci, Phoenicum aemuli, suis quoque, eadem ferme aetate, in bello Cyprio, Cimone duce, ad Citium interemptis fecerint. Quod duo antiquissimi testantur lapides, veteri Ionico charactere expressi, apud Montfauconium, *Palaeograph. Graec.* lib.II. cap.IV. pag.134.135. & 140. De quibus lapidibus in belli Peloponnesiaci circiter tempora referendis, confer Scip. Maffeii *Galliae Antiquitt. Select.* pag.84--88. Haec ut vera sint, nulla tamen Veterum auctoritate, sed una sola fretus conjectura, Esmunum, Abae filium, circa annum 386. ante Christ., eorum Phoenicum, vel Citieorum fuisse, qui pro patria ac Persis dimicantes interierint, eruditus Swintonus ponit quidem, sed ipse incertus morbo ne affectus Esmunus occubuerit. Quae sane dubitatio Chronologicam sepulcralis epigraphes ab se adductam notam plane incertam efficit. At haec, quae de iis duobus Citiensibus Φοινικῶς descriptis lapidibus observatu digna mihi visa sunt, adnotasse sufficiat.

Qua vero diligentia, quove felici etiam successu

sius persequor; ne quid tamen, rem ipsam breviter concludendo, in ea exponenda existere con-

in aliquot explicandis numis Phoenicio-Punicis (nam de Samaritanis alias) hac prima sua Dissertatione pag. 53 — 87. productis, versatus Swintonus fuerit, ipsa instituta nostra ratio postulat, ut declaremus. Ad quod enarrandum ab argenteo numo διγλώττῳ, parte adversa Latine REX JUBA inscripto, aversa autem Punico-Numidica epigraphe signato, exordium sumamus. Qui numus satis obvius, notissimus est, quippe ab permultis, uti ostensum ab I.C. Rasche in *Lexico univers. rei numar.* Tom. II. part. II. col. 1019., quos idcirco heic enumerare supervacaneum arbitror, Antiquariis saepissime in lucem editus, sicuti supra adnotabam pag. 393. Atqui ex parte antica, ut dixi, REX JUBA inscribitur, cujus quidem Mauritaniae Regis, senioris, caput barbatum exhibetur, peregrino tectum pileo, ex plumis contexto; dextra, sceptrum visitur. Postica templo ornatur octo columnarum, & utrinque Punico-Numidica epigraphe. Harum unam tantum prae se fert Swintoni numus, in quo feriundo alteram monetarii culpa evanuisse crederem.

Difficilis sane obscurissimique argumenti est quod ipsa Punico-Numidica epigraphe, aliaeque hujus similes, quibus aliquot ejus generis notantur numi ab doctis Antiquariis vulgati, significent. Ac eruditi Swintoni in eadem enucleanda, a nemine autem quod sciam, hactenus bene explicata, ratio est ejusmodi, ut nomen ipsius JUBAE eam continere, facillime sibi persuadeat. Quam rem ut efficiat, posthabita primùm Jacobi Rhenferdii lectione, quam in suo *Periculo Phoenicio* §. XXXI. & seqq., apud Blas. Ugolin. *Thesaur. Antiquitt. Sacr.* Tom. XXVIII. col. 1389. seqq., & in suis *Oper. Philologic.* pag. 745. seq. protulerat; expensis insuper & satis laboriose singulis Punico-Numidicis epigraphes quinis litteris, eo tandem venit, ut hanc com-

fusionis possit atque obscuritatis, dabo operam, quantum in me est, ut qua industria, quave di-

---

miniscatur, videlicet יובעי *Jubai*, quod a τῷ *Juba*, eo judice, nullatenus abludit. Nil namque, ait ille pag. 56., mirum quod in Juba regis nomine apud Romanos finale *Jud* abjiciatur. Bene habet, neque equidem ipse impedio; modo epigraphes primum & postremum elementum ad indolem transferri τȣ̃ *Jud*, seu *Jod* Phoenicio-Punico-Numidici posset.

Si quid igitur inter Rhenferdii & Swintoni lectionem discriminis intercedat, eo tantum recidit, ut alter τὸ לובעל *Loubahal*, vel ליובעל *Leioubahal*, alter vero τὸ יובעי legerit, sed uterque perperam. Id unum quidem hi docti viri assecuti sunt, ut in secundo epigraphes tertio & quarto resolvendo elemento res ipsa ex sententia eis processerit. Quamquam, Swintonus si quid iisdem in litteris definiendis profecit, id ipsum uni Rhenferdio certe debuit. Neque tamen in tota epigraphe e tenebsis eruenda, Rhenferdio ipso verior, feliciorque ille idem fuit. In eo namque maxime errarunt, quod in epigraphe nomen ipsius Jubae deprehendere sibi visi sunt.

Quorsum ergo spectat haec epigraphe, in qua expedienda atque illustranda doctissimis crucem fixit Antiquariis? Et profecto tota ejusdem interpretandae ratio ex prima & postrema, ut par est, legenda, unice pendet littera, eo nempe expressa modo 2. Qui punicus character, si quicquam hoc in studio mihi videre datum est, nullus alius sit, atque τὸ ס *Samech*, oportet omnino. Hoc ego ut demonstrem, non multis opus esse mihi videre videor. Nam tres numos ad manus habeo ex Museo Borgiano depromptos. Horum unus, sive ad Leptim, at certe non bene, sive ad Bocchum, Mauritaniae Regem, & sane reetius, veriusque, referatur; caeteri duo, quos urbi Nisuae in Africa arbitror arcensendos; hi, inquam, numi, de quibus paul-

ligentia in Phoenicio-Punicis explanandis monumentis Antiquarii iidem, recenti nostra memo-

---

lo inferius disseram, ipsissimum Punicum characterem, eadem plane forma atque in Jubae numo delineatum, manifestissime produnt. Cujus sane rei luculentum quoque praebent testimonium alia ejusdem generis Punica, tum ab Barthelemyo, *Lettre à M. le Marquis d'Olivieri* pag. 43. 44. Tabul. IV. n. 4. 5. 6. 8., tum ab Pellerinio, *Recueil de Médailles de Peuples*. Tom. III. Tabul. CXX. n. 2. 3. 12. 13. & 14. = XXI. n. 15. & 16. descripta metalla. Quam litteram ad τὸ ס *Samech*, revera pertinere, ex illo Cossurensi a me superius pag. 425. not. producto numo, adeo explorate cognitum existimo, ut in tota ipsa Phoenicio-Punica litteratura nihil tam bene comprobatum reperiam.

Quod si hoc in numo & in aliis ejus generis eamdem secus accipiamus litteram, id utique sumemus ad explicandum, sicuti initio ajebam pag. 5., quod in hoc, vel in altero monumento numquam exstitit Punicorum. Quae cum ita sit; Cl. Swintoni explicatio eo demum recidit, ut plane invita Minerva, hoc est, omnino repugnante, atque obluctante epigraphe, rem uno arbitratu definierit suo. Tametsi ea ipsa Swintoni interpretatio haud infeliciter excogitata visa Cl. Barthelemyo, loc. proxime citato pag. 43., fuerit. Quam tamen cum sua, de qua paullo post dicetur, nullo componi modo posse, ibidem pag. 44. apposite advertit. Mitto Cl. Pellerinium, loc. ante indicato pag. 146., eamdem quoque Swintoni explicationem sibi & aliis doctis viris minus probatam adserentem, & sane haud immerito. At doctum hunc virum sibimetipsi parum constantem video, cum τὸ ב in numo Jubae senioris bis insculpto, ad τὸ י *Jod*, prorsus pertinere scribit, *Mélange de diverses Médailles*, Tom. I. pag. 143.; alibi vero, quod suo loco dicam, de hac littera secus statuit.

Sed de hac epigraphe quid ego sentiam, est expli-

ria clari, hoc difficili munere functi fuerint, distincte atque accurate declarem.

---

candum. Atqui ex eidem inscriptis characteribus cum aliis, in numis obviis, diligenter & attente collatis, hanc unam colligere mihi videor lectionem posse, quae inscriptioni plane consentanea sit. Est autem hujusmodi, videlicet סובעס *Subaàs*, sive *Sobaàs*, vel *Savvaàs*, τῶ B, ut saepe fit, mutato in V., vel denique *Savvàs*; τῶ ע *Aàïn*, lecto, veluti simplici A, suppletis vero ipsis vocalibus, quod moris esse Hebraeorum, Chaldaeorum, Syrorum & Phoenicum & Arabum, nemo nescit, in epigraphes litteris, quas *Consonantes* vocant, latitantibus & sonum vocis varie afficientibus. Ex qua primigenia lectione Numidis Africanis olim recepta, postremo autem rejecto elemento, vocem ipsam ad Latium sonum flexam, apud Romanos in τὸ SAVA abiisse, ego ipse adducor ad opinandum. Quo sane vocabulo ad Punicam, de qua nunc agimus, epigraphen, haud inepte, ut mihi videtur, accommodato, oppidum in ipsa quaerendum Numidia, cui Juba Rex, hujus nominis primus, tum imperabat, habebimus, dictum SAVA MUNICIPIUM, quemadmodum in *Antonini Augusti Itinerario* edition. Wesselingii pag. 39., & in Peutingeri Tabulis & apud Cellarium, *Notit. Orb. Antiq.* lib. IV. cap. VI. §. XXXI. pag. m. 924, adnotatur. Hac ergo admissa lectione, qua nullam aliam esse intelligo, quae sua sese magis similitudine tueatur veri; numum SAVAE cusum & Jubae Regi inscriptum fuisse, erit tenendum. Quod tamen fortasse fusius, quam par erat, propterea observavi, ut quantum a vero & Rhenferdii & Swintoni lectio aberraret, ostenderem.

De altera numi Punica epigraphe, quum non uno, eodemque modo ab Antiquariis descriptam reperiam; deque vera ejus inscriptione idcirco incertus ac dubius sim, quorsus aliquam ego conjecturam facerem? Itaque ad caeteros ab Swintono hac sua prima dissertatio-

Aspiciamus igitur eos Antiquarios, atque universim intueamur, quorum de industria in

---

ne productos numos descendam. At quoniam, de hoc eruditissimo viro deque aliis, quorum superius pag. 512.seq. memini, Antiquariis, multa quae in pauca conferre vellem, me manent declaranda; jam dabo operam, quam maxime potero, ut breve id faciam.

Ergo duos, quos Swintonus loc.cit.profert, Phoenicios numos, n.IV. nempe & V. pag.56 – 59 – 61.ab se illustratos omitto. Ad Sidonem, sive Sidonios namque utrumque spectare ille ipse recte adserit. Qui deinceps exhibentur n. VII. pag. 72 – 85., & n. VIII. pag. 85 – 87., horum alterum in Cypro insula, at male omnino, ut post dicetur; alterum vero Carthagine percussum censet. Id vero sic statuit, propterea quod ab postica parte, elephantum, ut qui ipsis Carthaginiensibus, in re militari magno usui fuerit, eumque una tantum littera Ϙ *Koph*, subtus signatum numus referat. Quare hanc litteram ipsam Ϙ, de cujus vera potestate, licet refragante Cl. viro Eckhel, *Doctrin. numor. veter.* part. I. Vol.IV. pag. 136., certissimi tamen sumus; Swintonus interpretatur קרתא עכו, CARTA-ACO, vel, ait ille, CARTACO; eoque nomine Phoenices Carthaginem appellasse Cl. vir contendit. Qua de re Swintonus ad ea provocat, quae in *The universal History.* Vol.VI. pag.659. 660. Londin edit. 1742. ille idem, ut fertur, litteris tradiderit, edition. vero Gallicae Amstelodam. 1750. Tom.XI. lib. III. cap. XXXVII. sect. I. pag. 591. seq. At haec ab Cl. viro ibidem disputata, ejusmodi sunt, ut eamdem appellationem componi cum aliis Carthaginiensibus inscriptis metallis Phoenicio Punicis, de quibus alias, nequire existimem. Quae res cum ita sese habere mihi videatur, hunc argenteum numum a Pellerinio, *Recueil. de Médailles de Peupl.* Tom.III. Tabul.LXXXVIII. n.7. editum, sed nihil de eo pag.20. 21. definiente, postea vero *Lettres*, epistol.I.

Φοινικῶς inscriptis monumentis explanandis quaerimus. Quid autem censemus, hoc doctos homi-

pag.32. not. Carthagini eumdem adjudicante, singularis tamen operae ac sui artificii ratione, in illa Siciliae parte, cui Carthaginenses diu imperarunt, cusum crediderim. Est ergo numus in Carthaginiensium monetae quidem, sed Punico-Siculae numerum referendus, atque ad illorum numorum classem spectantis, quos eadem insculptos una hac littera ϒ, uti in Gaditanis (vid. supra pag.402.& 448. not.) Carthaginienses suis in coloniis percuti curarint.

An vero Carthago ipsa, Romanae potentiae aemula, cujus tam late patuit imperium, quaeque tantis opibus valuit, auro & argento signato, immo & aere, sicuti Graecorum, Romanorum & aliorum populorum moris erat, usa fuerit; aut eorumdem metallorum, sive particulas, sive lamellas certo constantes pondere, adeoque etiam numeratas, in rebus vel pretio, vel merce permutandis, solum usurparit; in quaestionem vocat Cl.Eckhel, loc.ante cit.pag.137., eoque descendit, ut Carthaginis, quamdiu sui juris fuit, nullos certos numos habeamus. Utcumque res sit; nihil est tamen dubii, ut modo ajebam, quin Carthaginiensium coloni huc atque illuc longe lateque diffusi, hanc sibi potestatem proprie dictos numos cudendi fecissent; quemadmodum ex multis id genus Phoenicio-Punicis inscriptis metallis plane constat.

Atque haec de hoc numo satis dicta sint. Nunc alterum, quam Cypro insulae Cl. Swintonum adtribuisse, at perperam, paullo superius dixi, consideremus.

Numos hujusmodi eadem ferme epigraphe, postremo tamen suo elemento aliquantum diversa forma signatos, *Tabula numor. Phoenicio-Punicor. ex Museo Borgiano*, n. 10. 11. 12. & 13. aere incidendos feci. Quorum duo priores, ex adversa, capite turrito muliebri,

nes ad ea studia contulisse ? Omni profecto contentione animi ingeniique nihil reliqui fecisse vi-

---

retro, palmae ramo ornantur; in postica, spiculum utraque sui extrema parte cuspidatum, & clava decussatim conspiciuntur, cum epigraphe ϒϑ) ζ, seu לבקס, *Le-Bokus*; videlicet, ut rectissime legit unus Barthelemyus, & omnia planissime evincunt, BOCCHI, Mauritaniae Regis. ——Numus tertius muliebre caput quoque repraesentat, ante quod eadem sese offert epigraphe, cujus postremus character hac forma, nempe 2 delineatur. Postica, non leonis, sicuti Cl. Neumannus ex suo numo, ex parte attrito, scribit, *Populorum & Regum numor. veter. inedit.* part. II. Tabul. III. n. 18. pag. 107.; sed bovis suis cornibus conspicui, extensam pellem & clavam decussatim positas exhibet. —— Quartus Borgianus numus num. 13., de quo Cl. Swintonus pag. 72—85 non minus laboriose, quam tam insueto modo disserit, sic eum exponit, ut ad Antiochum IV., Syriae Regem, esse referendum & in Cypro insula percussum opinetur. Malum! Itaque epigraphen legit = לבדק כבדר, *Labedutz Kubdr*, vel *Lavedus Cuvdr*, vel denique *Lapethus Kuptr*, sive Graece ΛΑΠΗΘΟΣ ΚΡΥΠΤΟΝ. Ex qua commenticia lectione ad urbem Cypri LAPATHUM, vel LAPETHUM, nobis obtrudendam venit, multaque erudite quidem, at parum fortunate congerit; atque ita, ut hanc unam lectionem sibi admittendam putet. Quae ne carpendi vana inducti cupiditate dixisse videamur, quid revera prae se ferat epigraphe, paucis explicemus.

Ac numus quidem caput non Bacchi, vel potius Antiochi IV., sive *Epiphanis*, uti censet Swintonus, sed muliebre ostentat haud ineleganti ornatum capillitio, foliis intexto hederaceis. Postica clavam sistit, ἐπιγραφὴν ipsam duobus secantem vocabulis. Horum alterum non aliter inscribitur atque in prioribus numis, scilicet לבקס; alterum vero, modo potestatis illarum

dentur, quod Phoeniciae litteraturae adytis penetrandis viam planam patefaceret. Quod ut

---

litterarum rationem aliquam habeamus, apertissime exprimit τὸ ࠌࠁࠒࠓ, seu *Mebaker*. Ex qua ἐπιγραφῇ haec eruatur lectio, nempe = לבקס מבקר, *Le Bokus Mebaker*, prorsus necesse est. Quarum vocum quae propria sit significatio haud difficile est explicatu. Sed prius hanc lectionem tueamur, oportet. Perpendamus ergo quid singularum ἐπιγραφῆς litterarum nativa postulat indoles. Quod sane spero fore, ut sine multo labore consequamur, si illa potissimum, quae in controversiam veniunt, elementa cum aliis conferamus Φοινικοῖς descriptis monumentis, de quorum genuina lectione suboriri ne ulla quidem dubitatio potest.

Atque integrae inscriptionis primam secundam, septimam ac postremam quod adtinet litteras, unicuique earum illam ipsam haud dubio inesse, quam assignavimus potestatem, gravissimi testes sunt, iique incorrupti atque integerrimi, de quibus pag. 398. seq. dictum est, Gaditani cumprimis & Canacenses numi. Neque repugnat ipse Swintonus, neque quos evolverim majorum gentium Antiquarios, hac adnotatione recensendos, dissentire intelligo; unum si excipias Perezium-Bayerium, de quo supra pag. 402. seq. not. diximus, deque secundae ac septimae litterae potestate secus opinantem. At quantum vir doctissimus in hoc falsus fuerit, ibidem declaravi. Qui Cl. viri lapsus ipsum illum eo adduxit, opinor, ut de hoc eodem numo ab se, *De la lingua de los Fenices* Tabul. n. 3. pag. 367. producto, nihil statuendum duxerit.

Itaque tota contentio, si qua est, in unius aut alterius ejusdem epigraphes litterae versabitur vera constituenda potestate. Neque vero errare mihi videre videor, si quintum elementum cujus conformatio ad Phoenicio-Samaritici ࠌ, *Mem*, figuram nihil

assequi possent, id primum studiose elaborandum sibi esse atque enitendum duxerunt, ut ejus

---

ferme abludit, ad eamdem classem referatur & ordinem. De littera quarta 2 jam paullo supra pag. 52. not. satis dictum est, cum de JUBAE numo verba faciebamus.

Jam vero, quod tertium & septimum ϒ, uno eodemque vestitum habitu inscriptionis elementum ad τὸ ק *Koph*, revera pertineat, contra quam Cl. Swintonus defendit loc. cit., & Pellerinus atque Dutensius falso arbitrati sunt; fidem facit certissimum Melitense διγλώττως scriptum monumentum, de quo alias copiose disputatum a nobis est pag. 93. seqq. At enim hoc insigne monumentum, mirum quantum ad perplures, quas numi prae se ferunt, recte eruendas litteras conferens, si Ἡράκλει, sive *Herculi*, quem Phoenices nomine τοῦ מלקרת, *Melkarth*, hac in epigraphe appellant, inscriptum teneamus, quod minime dubium est; certo certius quoque fiet, omnes ac singulos eadem insculptos littera numos non alia ratione explicari posse ac debere, nisi hujusmodi elementum τοῦ ק, *Koph*, seu *Qoph*, potestate gaudere ponamus.

Huc quoque spectat eadem littera in altero Melitensis ejusdem monumenti descripta vocabulo, scilicet קלם, *Kolam*, i.e. *Vocem eorum*, ut rectissime legit atque interpretatus Cl. Perezius Bayerius est. Cujus vocabuli primum elementum quum suam eodem plane modo induat formam ac in τῷ מלקרת, *Melkarth*, & in numo Punico, de quo nunc disputamus; non video quae esset caussa, cur illud aliter atque alterum esset legendum. Quae res effecit, ut in utriusque nativa dignoscenda indole ac constituenda potestate ne minimum quidem discreparint & Swintonus & Barthelemyus & Perezius-Bayerius, quamquam in hac Melitensi bilingui exponenda inscriptione (quod suo demonstravimus loco) longe aliam viam sequuti hi Cll.

generis monumenta sedulo describenda curarent. Perplures namque hasce prisci aevi Phoenicias re-

viri sunt; neque una semper fuit & constans ipsius Swintoni de hujus litterae potestate sententia.

Ac mihi quidem rem ipsam nulla praejudicata opinione ducto, attente ac diligenter consideranti, quod ex hoc Melitensi protuli monumento, haud levi argumento est, Phoenicio-Punicum tertium & septimum Numidicae inscriptionis elementum ab ipso ץ derivatum Samaritico, pro τῶ ק, *Koph*, Hebraeo-Chaldaeo expressum charactere, esse omnino sumendum.

Non igitur iis moveor, quae eadem de littera unus aut alter eruditus scripserit. Quamobrem, etsi Swintoni lectionem merito improbet Cl. Pellerinius, nihil tamen agit, cum quatuor priores epigraphes in numo descriptas litteras aliorsum transfert. Barthelemyi autem lectionem לבקס parvi aut nihil pendens, quae nihilominus una sola vera certe est, magna animi contentione, in declaranda ac propugnanda sua, multa inutiliter congerit, atque turbat, idque adnititur, ut τὸ לבדץ, *Lebditz*, vel לבדש, *Lebdisch*, vel denique לבדש, *Lebdis*, in numo esse legendum, persuasissimum sibi habeat. Τὸ vero ב modo pro צ, *Tsade*, modo pro ש, *Schin*, aut שׂ, *Sin*, accipiens, tertiam epigraphes litteram ad τὸ ד, *Daleth*, referendum censet, adeoque hac lectione partim sua, partim ipsius Swintoni, ipsam Leptim a Veteribus eo nuncupatam nomine, vrbem Africae in Syrtica, quam incolae nunc appellant Lebeda, invenisse sese opinatur. Quam in rem vide quae passim persequitur Cl. vir, *Recueil de Médailles & Peupl.* Tom.III. Tabul.CXX. n.4. 5. 6. 7. & 8. pag.148. & 149. = *Mélange de Médailles* Tom.I. Tab. IV. n. 6. pag. 142. = *Supplément* IV. pag. 81 — 85. = *Lettres sur diverses Médailles*, epist.I. pag.33. = *Additions aux Recueils des Médailles* pag. 40. 42.

Sed quaecumque ea sint ab se ibidem disputato; eo

liquias multo accuratius, quam antea in lucem eos ipsos edidisse atque emendatius, tam clara & il-

tamen venit, ut huic lectioni suae aliquantum diffidere videatur. Enim vero non eum esse ait, loc. proxime cit. Epist. I., qui omnino neget, utrumque characterem Tabula productum n. 10. 11., sicuti Barthelemyus recte, mea quidem sententia, existimavit, pertinere ad τὸ ק *Koph*, posse. Nihilominus tamen de hujusce litterae vera potestate, eo judice, numquam nobis planissime constabit; nisi similibus inscripta litteris in promptu habeamus monumenta, quibus res magis magisque innotescat. „ Mais on ne saura bien „ certainement, ait ille, s'ils ont cette valeur, que „ quand on aura trouvé des monuments qui le fas- „ sent mieux connoitre „. Quod equidem Cl. viro permitterem, si ejus generis destituti prorsus essemus monumentis, quae illud ullo modo nequaquam declararent. Scilicet etiam restabat, nullam ut Pellerinius Melitensis διγλώττως exaratae inscriptionis rationem haberet. In qua tamen una ἐπιγραφῇ ad illius litterae veram dignoscendam potestatem, tantum nobis praesidii est, quaque ea sola everti quidquid ab se de hoc Phoenicio-Punico elemento constitutum censet. Et quia ad numos in primis ipse provocat, miror sane, doctum virum omnino fugisse duos aut tres a Barthelemyo productos numos, *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* Tom.xxx. Tabul.II.n.7.11. & 12.pag.427. Quibus in numis τὸ ק *Koph*, sub eadem comparet forma, ac in illo bilingui Melitensi monumento & in numo, de quo disputamus.

Ecce nobis praeterea numus alter a Cl.Barthelemyo quoque illustratus, *Lettre à M. le Marquis Olivieri*, Tabul. IV. n.6. pag. 44. AUGUSTO PONTIF. MAX. ex adversa inscriptus, cujus nudum caput inter capita item nuda Caii & Lucii exhibetur; in qua eadem parte typum alterum priori additum, quem *Contre-marque* Galli

lustris res est, ut cujusque harum litterarum studiosi aciem mentis effugere nullo modo possit.

---

nostri vocant, deprehendo, voce insculptum 92𐤒, sive קסר *Kesar*, i.e. *Caesar*, ut bene legit & interpretatur Barthelemyus. Qui alter typus est ejusmodi, ut nihil supra, ad ejusdem cumprimis litterae hisce in monumentis obviae, nativam indagandam potestatem, eamque demonstrandam plane ad veritatem, desiderari posse videatur. Hanc quoque lectionem קסר plenissime confirmant tres alii numi apud Pellerinium ipsum, *Recueil de Médaill. de Peupl.* Tom.III. Tabul. Cxx.n.9.& 10. *Lettres sur diverses Médailles* epist.II. Tab.II. n.I. pag.148. seq., Caesari item inscripti. Quos porro tres postremos numos non SABRATAE, Tripolitanae regionis urbi, quemadmodum ille idem Barthelemyus loc.cit. pag.45. opinatus est; sed potius THABRACAE civitati, quae in Numidiae confiniis & Africae proprie dictae sita est, sicuti is ipse feliciori conjectura proxime ponebat, percussos fuisse, & Pellerinius & Ludov. Dutensius, *Explication de quelques Médailles . . . Phéniciennes* pag.94. 137. seq. edit.II. & Indic. pag. 243. bene agnoverunt. Numum vero, de quo primùm ajebam, ACHULLAE, maritimae urbi in Africae Byzacene cusum, Latina epigraphe ex aversa P.QUINCTII VARI nomine signata, aperte commonstrat. Hunc porro numum in Cl. Alexandri Recupero scriniis adservatum ad manus habui.

Sed ad τῶ לבקם lectionem magis ac magis confirmandam revertamur. Neque verior Pellerinus ipse est, cum suam ut tueatur, Barthelemyi eamdem, quam amplectamur, lectionem eo nomine castigare aggreditur, propterea quod ab similitudine abhorrere sibi videatur veri, atque ex numis tum Phoeniciis, tum Punicis exemplum peti nullum putet posse, quo Regi alicui ea ipsa epigraphe suo instructa articulo ל *Lamed*, inscripta reperiatur. " Cela est sans exemple, & ne

Id vero tanti est in iisdem producendis monumentis, (quod jam declaravimus) ut sine hoc no-

paroit pas vraisemblable „ , ait ille , *Supplément.* IV. pag.84.;quae,quantumvis levissima,urget tamen, ut non Boccho Regi , sed Lepti Africanae , vel saltem alteri civitati numum adjudicandum esse pugnet . Quasi vero idem articulus cujuscumque sive Regis , sive Numinis , sive privati hominis praefixus nomini , Phoenicio-Punicae dialectus analogiae adversaretur ; & quod Hebraei veteres ליוב , לדויד , לשׁלמה , לכורש ,i.e. *Iobo* , *Davidi* , *Salomoni*, *Cyro* , לבעל-פגור , לעשתרות, *Bàal-Phegor* , *Aschtaroth* , &c. dicebant quam maxime ad linguam suam accommodate , Phoenices & Poeni sine errore dicere nequirent. Quod dicendi genus adeo notum est , ut nihil in sacris Hebraeorum voluminibus , & in Chaldaeorum ac Syrorum libris vix quidquam tam aperte , tamque dilucide declaratum habeatur . Quod autem Poeni ab eodem loquendi more nequaquam abhorruissent , jam ipsa lectio לבקם , Bocchum , Mauritaniae Regem haud obscure indicans , ut quam primum commonstrabo , eaque satis firmata monumentis , rem in tanto collocat lumine , ut quemadmodum de altera ב superius ajebam littera , pag. 520. , haud scio , an in Phoenicio-Punica litteratura aliquid magis quoque exploratum nobis sit atque compertum . Nam , ut mittam idem Melitense monumentum & Palmirenam pag. 180. prolatam epigraphen ; an non id evidentissime patet ex iis , de quibus dixi pag.515. , *Inscriptionibus Citieis* apud Swintonum , Dissert.I.pag.16. 24. 34. & Dissert. II. pag. 22. ?

Quae res , etsi per se satis superque pateat , nullaque ampliori indigere probatione videatur ; attamen apposite in mentem mihi venit eodem spectans , bilinguis sepulcralis inscriptio, Graece nempe, ac Φοινικῶς simul exarata , ab aliquot annis circum Athenas inventa ; digna profecto , Phoeniciae Palaeographiae il-

stri ad ea ipsa illustranda conatus nihil valeant omnino. In quo munere sustinendo, quum cae-

---

lustrandae gratia, atque ob hujusmodi monumentorum paucitatem, quae serae posteritati consecretur. Quare in medium eamdem heic proferendam puto, quam suo loco Tabula in aes incisa evulgabo.

Inscriptionis ectypon, plures inter vetustae aetatis a pictore Gallo Fauvel jam collectos lapides, ad Parisiense Museum post deducendos, aliisque colligendis studiose dedito, ab hinc annos multos Athenis idcirco commorante, repertum, insigni comitate Suecus Cl. vir Johannes David Akerblad, ut est φιλαρχαιότατος, ibidem ab se prius forma excussum gypsea, deinde maiori, qua potui, fide ac diligentia delineatum, quum e suis Orientis redux itineribus Romae anno 1798. ipse versaretur, mecum humanissime communicavit. In qua sepulcrali describenda inscriptione, praestat huc transferre, quae sunt ab Cl. ipso viro hanc in rem brevi animadversa.

Est autem cippus candido marmore affabre elaboratus, & sane rarae conservationis, duplici insignitus ἐπιγραφῇ; Graeca scilicet tribus complexa versiculis, Phoenicia vero duos fere continet. Quae Graeca, *Artemidoro*, *Heliodori filio*, *Sidonio* inscripta, sic habet: =

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΣΙΔΩΝΙΟΣ

Sequitur paullo inferius Phoenicia, minutioribus expressa litteris, quam ille idem Cl. vir eo legit modo: =

מצבת זכר בחים (בחיים שׂד pro) לעבדתלת בן
עבדשמש הצדני

i. e., ut ego ipse interpretor: = *Cippus ad memoriam viventium*, *Abed-Teleth*, *filii Abed-Schemesch*, *Sidonii*. Nam τὸ בחיים *Bekhaiim*, ad posteros potius, quam ad ipsum Ebed-Telethum, quasi vivens, monumentum hoc sibi posuisset, referendum mihi videtur.

teros a nobis superius commemoratos litteratos viros, illi ipsi, de quibus agimus, Antiquarii ma-

Haec porro lectio, si quid habet disputationis, in una tantum consistit secundae vocis זכר Zecher, prima littera, quam aliquantum dubiam Cl. vir agnoscit. Cujus ego elementi formam in nullo alio, quod evolverim Phoenicio monumento obviam, ipsius quadratarii in ea littera scalpenda vel arbitrio, vel indiligentiae adtribuerem. Nisi temporis injuria eam ipsam paullulum passam dicamus. De τῷ vero עבדתלת Cl. vir censet, nomen esse debere Phoenicium, quod Graecae Artemidori appellationi respondeat. Τὸ ergo תלת Teleth, ejus sententia, nomen, vel epitheton Dianae Phoeniciae sit oportet. Illud tamen non satis exploratum ipse profitetur. Quod si conjecturae locum dari sibi ipsi liceret, quemadmodum in vetustis eruendis monumentis haud semel faciunt Antiquarii; Cl. vir eo ferme induceretur, ut erroris suspectam haberet primam τῦ תלת litteram ת, in ejusque locum sufficiendum esset ipsum elementum ל Lamed; adeoque legendum ללת, quod idem est atque לילית Lilith, seu ipsamet Hecate, aut saltem illa ipsa alicujus numinis Syrorum appellatio. Et quoniam hanc de eadem voce conjecturam facere, plus nimio fortasse audax sibi esse videatur; hac ergo prorsus posthabita, illa una lectione τῦ תלת standum esse Clarissimus Suecus existimat. Ex qua sane lectione, quam eadem ipsa ἐπιγραφὴ planissime exprimit, id sibi praesidii petit, & quidem eo usque, ut τὸ תלת quod Syro-Chaldaeis significat *Tres*, *Tria*, in mentem revocet illa epitheta, quibus Veteres Dianam cognominabant, ut *Diva Triformis*, Τρίμορφος, Τριπρόσωπος. Iis demum, quae sequuntur, vocabulis nihil inesse, quod facessat negotii, eruditus vir bene observat. Exempli caussa, τὸ עבדשמש (*Servus*, aut *Cultor Solis*) Heliodori appellationi commode aptari, satis intelligitur. Haec quidem ex Cl. viri ipsamet schedu-

jori diligentia industriaque antecesserint, immo etiam in ejusmodi versandis monumentis permul-

la, quam gallico sermone mecum quoque perbenigne communicavit, fideliter exprimenda duxi. De aetate vero sepulcralis ἐπιγραφῆς in ea sententia est, & sane omnimode probanda, Christianam aeram illam antevertere. Quamquam ego ipsam eadem epocha longe anteriorem facile judicarem.

Atque, ut ad illud, quod de eodem articulo ל *Lamed*, in praedicta inscriptione atque in aliis conspicuo, opponit Pellerinius, rursum veniam; sit in alterum exemplum numus, quem pag. 400. & 500. not. indicavi; de quo me quidquam dicturum promisi. Quia vero hic numus in sua Phoenicia epigraphe unam exhibet litteram, eamque ipsam, de cujus vera potestate hactenus disputatum est; ipsa rerum series exhortatur, ut eo loci non tacitus praeteream quid de hoc altero numo sentiendum mihi videatur. Hinc autem magis ac magis apparebit, lectionem לבקם eam unam esse, quam teneamus oportet. Non enim Cl. Josepho Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part. I. Vol. III. pag. 421., magis audiendum, quam auscultandum censeo, de Barthelemyo scribenti, quod eadem lectione descriptos numos, Regi Boccho infirma sane conjectura vindicare ausus fuerit. At hunc eruditum Vindobonensem Antiquarium sic concludentem quid ego moror? Is enim ille est, qui hoc in genere litterarum, monumentis vero aut inconsultis, aut minus attente observatis, quibusque Barthelemyi τὸ לבקם abunde confirmatur, modo huic, modo illi dicam impingit. Quo autem jure, quave injuria judicent docti homines, quos haec litteratura non lateat.

Atqui numum, de quo dicturus sum, jam vulgatum equidem intelligo, in primis ab eodem Eckhel, *Numor. veter. anecdotor.* part. I. Tabul. XV. n. 13. pag. 309. seq. ∽ *Catalog. Musei Caesar. Vindobon.* part. I. Tab. V.

ta protulerint, quae ad hanc promovendam litteraturam conducant plurimum; de iisdem idcir-

n. 1. pag. 286., & nostra fere memoria ab Cl. Ludov. Dutensio, loc. ante cit. Dissert. 1. pag. 78. Quid autem in numo deprehendatur, audiamus ipsum Eckhel sic illum describentem, videlicet = *Caput Palladis galeatum*.))((*Inscriptio litteris peregrinis, Palladis, ut videtur, caput adversum, tectum galea cristata*. Haec ille, qui ab numi ἐπιγραφῆς interpretatione aggredienda satius abstinere sese duxit. Quamobrem ergo? "Quod „ hoc, inquit ille ipse, difficultatis & periculi habet „ plurimum, ac denique impensum quantumvis stu- „ dium in conjecturas desinit „. Itane vero? Characteres tamen, quibus exaratur numus, satis perspecte esse atque explorate cognitos, ex hucusque ea de re a me passim disputatis colligi posse, qui negat, in hoc studii genere paulisper exercitatum futurum neminem, perfacile mihi persuadeo. Quod autem Cl. Dutensii, loc. cit. pag. 79. seqq., Phoeniciam numi epigraphen legentis = לארד מלך *Le-Arad Melech*, atque interpretantis *Aradi Regis*, expositio minus sese Antiquario Vindobonensi probarit, loco proxime indicat. part. 1. Vol. III. pag. 412., non repugno quidem. Arado namque insulae ejusdem nominis Phoeniciae Regi, quin numus sit adtribuendus, certe obstat omnino illa ipsa, de qua inquirimus, epigraphes ab Dutensio perperam lecta littera; idcirco numum alterum eodem inscriptum elemento LEBEDAE, seu veteri LEPTI in Africa, sine ratione adjudicante, loc. ante cit. pag. 135. & 136.

Quod si argumenta, quibus ad suam confirmandam sententiam, contra Barthelemyum, Pellerinius ipse nititur, ut Lepti suos addiceret numos, qui tamen ad unum spectarent Bocchum Regem, eidem Dutensio tanti visa sunt ponderis, ut sibi vel maxime probarentur; adeoque litteram ץ ad τὸ ד *Daleth*, minus recte transferens, hoc in altero numo idem ipse

co litteris, quippe ad eorum usque aetatem quadam, ut ita dicam & maxima ex parte obductis

---

legerit ארד, *Arad*, loco τοῦ ארק, *Arak*; mihi certe monumenta magnae auctoritatis atque fidei sequuto, si de ejusdem literae vera potestate secus deliberandum esse, haud immerito videatur; quid hos & illos Antiquarios (Vid. supra pag. 500. not.) morarer, qui posthabitis gravissimi momenti inscriptis metallis ac lapidibus, ea quasi certa sibi sumunt, quae in controversiam vocari non modo possint ac debeant, sed etiam quae falsa omnino sint. Quamobrem in hujus numi ἐπιγραφῇ est legendum τὸ לארק מלך, *Le-Arak Melech*, i.e. ARAKI, sive ARACHI REGIS. Quem porro fuisse hunc Arachum Regem, qui id sibi nomen jam usque ab ultimis notum temporibus, Genes. x. 10., vindicarit; nihil sane me legisse memini. Qua quoque aetate cuive regioni ipse imperarit, desunt monumenta, quibus illud definiatur. Quisquis demum ille Rex fuerit; eo certe nomine virum regia dignitate insignem, antiquitus exstitisse, numus planissime evincit atque efficit. Hoc autem tenendum reor. De caetero numum, uti ejus indicat fabrica, vel in ipsa Phenice, vel in coloniis Phoenicum per Orientem olim diffusis, percussum fuisse, & τῷ ל *Lamed*, praefixo Arachi nomini, atque eidem, licet mihi ignoto, Regi haud dubie tamen inscriptum, res est ejusmodi, ut, meo animo, nihil amplius habeat disputationis, nisi apud quos praejudicata opinio valeat, aut quibus quae Phoeniciarum propria vis ac natura ferat litterarum, haud innotescat.

Superius dixi, numi epigraphes lectionem לבקס מבקר, quam illustrare aggressus sum, ac dubio procul de Boccho Rege interpretandam censeo, eam unam esse utique admittendam. Etenim quae Barthelemyus, *Journal des sçavans* mens. Novembr. ann. 1763. num. VII. pag. 2129. seq. de secunda ἐπιγραφῆς voce commentatus est, nobis quasi filium praebuit quidem, ut ejus ady-

caligine, sed ab iis in vitam quasi revocatis, praeclare meriti, haud exiguam, diuque apud posteros

---

ta ingrederemur ; sed sine affirmatione , ac dubitanter vero , ut saepe alias , modo legens מבקר *Mibokar* , perinde ac si ad BOCCAR , alterum Mauritaniae Regem, ex quo, ait ille, Bocchus fortassis duxisset originem, hoc vocabulum referendum esset ; modo lectionem sibi fingit τῶ מבקר , vel הבקר , vel denique חבקד ; de quibus sane postremis ita lectis vocibus , quum ne minimum quidquam ad rem declarandam ipsae faciant , nihil statuendum doctus vir existimavit .

Quod autem prioris vocis , praeeunte ipso Barthelemyo , a nobis lectae לבקס , ultimam litteram pro τῷ ע *Aăīn*, esse sumendam, adeoque legendum BOCCHO contenderit eruditus Court de Gebelin , *Monde primitif . . . . Origine du Langage*, Tom. III. pag. 491. Tabul. XVI. n. 13. & 14., nequaquam me movet . Neque eidem Phoenicio-Punicae inscriptioni lucem aliquam afferunt quae Cl. Jo. David Michaelis, una Swintoni interpretatione fretus , de hoc numo ab se quoque producto disseruit , *Spicilegii Geograph. Veter. Hebraeorum post Bochart.* part. I. pag. 304. seq. & 308. , Tametsi τὸ ל *Lamed*, in τῷ Swintoni לברץ *Labedutz* , esse praefixum, recte suspicatus fuerit . At quid de τῷ ברץ, barbaro vocabulo , quod superesset , sibi faciendum sit ? Nullam utique doctus Michaelis urbem videt , eo appellatam nomine , cui aptari eaedem litterae possint . Adeo Swintoni lectio ad illustrandum numum nihil omnino conducit .

Una igitur maneat superius indicata , eaque & numis & lapidibus tam bene confirmata ἐπιγραφῆς ϒꝹ)Ϛ 9Ꝺ)Ꝟ lectio ipsa, nempe לבקס מבקר *Lebokus Mebaker*, i.e. BOCCHI VIGILANTISSIMI . Nam in conjugatione quam PIEL vocant , verbum ipsum מבקר actione intensiori esse convertendum , nemo Hebraice doctus nescit . Quae sane interpretatio cum Bocchi Regis in-

duraturam laudem sunt revera consequuti.

Ac mihi quidem, quamquam hi Antiquarii

genio, vel audaci ad suscipienda intentata aliis, quam mirifice congruat, ex rebus Punico tertio bello ab se gestis colligere licet. Qua namque vigilantia, quave assiduo affectu, salutis suae ac nativae libertatis studiosissimus ille ipse Maurorum Rex, eodem bello, Iugurtham adversus Romanos principio incitarit; deinde exercitum suum cum Numidarum Rege conjungens gesserit sese, sed semper fraudulenter; tum post varios casus, nulla necessitudinis suae cum Jugurtha ratione habita, ut Populi Romani amicitiam sibi conciliaret, Numidarum Regi insidias tendens, Syllae demum Punica fide tradiderit; locuples testis est Sallustius in Jugurtha, seu *de Bello Jugurthino* cap. 81. 83. 102. 103. 104. 108. 113. & 114. Itaque τὸ מבקר, seu *vigilantissimum*, quod ipsa ἐπιγραφὴ litteris palam exprimit Phoenicio-Punicis, Regi Boccho aptissime convenire, satis superque ita declarare videtur, ut majori, mea quidem sententia, non egeat explanatione.

Quae cum eo demum, quo exposui modo res sese habere mihi videatur, non est quod Cl. virum Francisc. Perezium-Bayerium morer, de vera ejusdem ἐπιγραφῆς lectione ita dubitanter scribentem, *Del Alfabeto y lengua de los Fenices*, Tabul. 2. III. pag. 367., ut nihil definiendum sibi esse arbitratus sit, an ad Leptim, uti Swintonus & Pellerinus existimarunt; an vero ad Bocchum Regem, quemadmodum Barthelemyus censuit, ejus generis nummi iisdem descripta litteris spectarent. Quod certe a tanto illo viro ne vix quidem expectassem; perinde ut de eadem ἐπιγραφῇ nihil certi constaret. Ac de litterae saltem ק *Koph*, genuina vi ac potestate illum ipsum nobiscum plane consentientem habemus, sicut ex ejus Alphabeto evincitur.

Atque iis de hoc numo expositis, in Bocchi Regis honorem ab suis Numidis percusso populis, Cl. Swintoni

majus quiddam animo complexi, multo etiam hac in litteratura vidisse videntur, quam quantum

conatus ad Phoeniciam illustrandam litteraturam eo pacto persequamur, ut si, quorum supra mentionem fecimus pag. 512. seq., doctorum virorum aliqui Φοινικῶς inscripta eadem monumenta explicare aggressi fuerint, hos quoque adnotatione nostra taciti non praetereamus.

Adeamus ergo ipsius Swintoni alteram an. 1753. indicatam pag. 513. not. Dissertationem. Atqui primam ἐπιγραφὴν sepulcralem, quam ibid. enucleandam assumit pag. 8— 11— 14— 19, & inter Phoenicio-Citieas Pocockii Vol. II. Tabul. XXXIII. n. 4. pag. 213., Cl. Anglus sic describit: = רב חרן : מלך : הצן : צארא אמת, i.e., ipso interprete, AMATHUNTIS PRINCEPS: CITII REX: CERYNIAE REGULUS. Qua in lectione tria urbium Cypriarum, totidemque earum sive Regum, sive Dynastarum repertum iri, non suspicari modo, sed & confidenter adserere Cl. vir haud subveretur pag. 14. At quam vellem doctum Swintonum in eruendis hisce ἐπιγραφῆς litteris majorem curam posuisse atque studium! Etenim quum primum elementum omnino sit 𐤕, seu ת *Tau*, undecimum vero formam Phoenicio-Samaritici 𐤉, vel י *Iod*, ac decimam litteram ab Swintono praetermissam nihil nisi unum ש *Schin*, prae se ferre palam appareat; ejus lectio ipsi inscriptioni nullo plane modo accommodata, quorsum evadat, nemo non intelliget. Qua re quid clarius? Tota ergo Cl. viri expositio, ut libere dicam quod sentio, purum putum commentum est. Quod tamen non eo dico, quo mihi veniat in dubium, an plures diversis insulae Cypri urbibus Dynastae antiquitus imperarint. De quibus Principibus adeundus Johan. Meursius cumprimis in *Cypro, sive de illius insulae rebus, & antiquitt.* lib. II. cap. VII. & seq. Oper. Tom. III. edit. Florentiae 1744. col. 627. seqq.

caeteri omnes labore atque ingenio intueri potuere ; vellem nihilominus has litteras aeque fe-

---

At longe sane melius , multoque opportunius eamdem epigraphen legit Barthelemyus ipse in suis *Réflexions sur quelques monuments Phéniciens , & sur les Alphabets qui en résultent* , Monument. Acad. Reg. Inscript. Tom.xxx. Tabul. III. n. 3. pag. 423. sic enim habet: = תאראאמה מלך יתל רב חדש:h.e.THARAAME, REX ITHAL , PRINCEPS NOVUS . Quod τὸ *Ithal* idem sit atque urbs vetus Cypri *Idalium* , permutatione nempe τοῦ ת *Tau* , in ד *Daleth* , ut saepissime in hujusmodi litteris accidit , obvia res est ; & recte animadvertit Barthelemyus . Neque male conjicit , hac in epigraphe utpote fine mutila & minus accurate extremis suis, ut videtur , descripta elementis , loco τοῦ רב חדש , legendum esse . . . קבר בחדש , i. e. *Sepultus est in mense...* Quae profecto Cl. Galli lectio cum ipsismet inscriptionis sepulcralis Phoeniciis litteris non solum non pugnans est , verum etiam genuinae earum potestati congruenter admodum aptatur . Contra vero Swintoni lectionem si sequamur , in id genus interpretandis vetustis monumentis nihil erit , quod ex nostra sententia non comminiscamur , illudque in plane aliam , atque in se est , contorqueamus significationem .

Sed ad alteram properandum nobis est ἐπιγραφὴν , quae, licet nihil magni momenti contineat , illustrando tamen Phoenicum Alphabeto inservire possit . Exstatque inter Citienses Pocockii , loc. cit. num. 17. Hanc eo modo legit, ac interpretatur Cl.Swintonus , pag.22., nempe = לאשם נעצר *Leashem Naatzar* , vel *Natzar*, i. e. ASHEMO DOMINO, sive ASHIMO IMPERATORI , sive D. M. ASEMI PRINCIPIS . Miror sane eruditi viri in hisce expiscandis lectionibus ingeniosam , quantumvis puris putis suis haud semel innixam conjecturis, industriam . Quum enim τῷ עצר *Atsar*, notio quoque insit *Dominii* , *Imperii* ac *Regni* ; quin *Natzar*, vel *Naatzar*

liciter ita pertractassent, ut a recto numquam deflexissent tramite. Cujus quidem incommodi cul-

---

ab eodem ortum themate עצר, de illo dicatur, qui Hebraico vel Phoenicio, *Imperium habuit*, *Imperavit*, *Dominatus est*; idemque fuerit Phoenicibus, quod Latinis *Dominus*, *Imperator*, *Defensor*, *Custos* &c. vix Cl. viro datur dubitandi locus. Non equidem negarem in τῷ נעצר, si modo Pocockius in eo describendo non errarit, *Nun Heemanticum*, seu *servile*, ut aiunt, ad formam pertinere hujus nominis posse. At quod τὸ נעצר Hebraeis quidem usitatum, ejusdem sit significatus, ac *Imperator* &c., rem paullo obscuriorem mihi videri ingenue fateor. Magis certe mihi placeret τὸ מעצר *Meaátsar*, ad analogiam plane accommodum. Praeterea Hebraei dixissent מלך , שליט , אדון , גביר , נוצר , וגו' quibus vocibus designant *Regem*, *Imperatorem*, *Gubernatorem*, *Principem*, *Dynasten*, *Dominum*, *Custodem* &c. Quod vero Swintonus provocet ad Arabicum ناصر *Natzar*, *Adjuvit*, *custodivit*, *defendit*, *protexit* &c., unde, ait ille pag. 24., ناصر *Natzir*, vel *Nazir*, *Custos*, *defensor*, *protector* &c., nihil tamen agit. Nam utraque Arabica vox aliter scripta, quippe quae suo ع, vel غ, nempe ע *Aäin*, deficiens, nullam cum τὸ נעצר cognationem habet; etsi in eo proferendo cognata aliquo modo esse videatur, ad rem nequaquam facit. Sed vereor, ne ex eodem apud Pocockium minus accurate delineato vocabulo, atque ex ἐπιγραφῇ, alioquin prorsus mutila, in hac assequenda lectione, quae defendi, nisi me mea valde fallit opinio, difficulter possit, operam suam doctus Swintonus collocarit, & haud scio, an multum proficuam.

Atque eidem inquirenti quis fuerit ipse Ashemus in hoc sepulcrali commemoratus lapide, vel unum e Phoenicum in Cypro fuisse, vel potius ipsissimum exercitus Phoenicii, aut ab Evagora Salaminio, aut a Chabria Atheniensi, praelio occisum Imperatorem videre sibi

pa non aliunde manavit, quam ex Phoenicio-Punicorum characterum nativa indole ab iisdem

---

videtur. Quo posito Ashemum vel 386., vel 388. ante Christum anno, ferro occubuisse pag. 24. ille idem opinatur. At istud quoque vellem, uti Cl. vir aliquo Veterum, qui hujusce Imperatoris Ashemi mentionem fecissent, testimonio comprobasset. Quem tamen summo premunt silentio. Quaecumque autem vetustas ἐπιγραφῇ detur, quam venerandam censeo, de hac opinor dicendum quod de alteris duabus sepulcralibus Citiensibus Abdamamono & Esmuno inscriptis, superius pag. 515—518. not. disputavi.

Satis multa de hisce ἐπιγραφαῖς. Percurramus nunc universim quos Phoenicios cumprimis numos hac in secunda Dissertatione sua nobis exhibet Cl. Swintonus, in quibus edisserendis multa, ut solet, erudite quidem & laboriose colligit. Quod nos paucis expediemus. Ac statim productis pag. 36—49. tribus aut quatuor Hebraeo-Samaritanis numis, ad Phoenicios deinde, ex maxima parte Graece etiam signatos, explicandos sese confert, quos a Sidoniis ac Tyriis cusos fuisse, Cl. viro adserenti non habeo quod opponam. Quamquam in exponendis numismatis duobus, nempe n. VI. & XVII. pag. 51—53. & 61—63. tantum abest, ut ei adsentiar, ut effici non possit, quin multa in eo damnem, quippe quae a Phoeniciarum litterarum naturali cohaerentia atque complexione plane dissonent.

Et profecto de numo eodem n. VI. ab se producto, nihil prope adducit Swintonus, quod ejus inscriptionem in aliquo saltem collocet lumine. Quin immo nonnulla, si τὸ לצרנם & τὸ צ *Tsade*, exceperis, in ea turbat, quae caeterarum epigrammatis litterarum genuinae potestati adversantur. Quem numum explicatu quidem haud facilem, quum tamen ad Sidoniorum cum urbe Tyro ὁμόνοιαν admodum pertinere pag. 444. seqq. not.

doctis hominibus haud satis perspecta atque explorate cognita. Quod si in singulis hujusmodi

aperte demonstrasse mihi videri visus sim, non est quod rursum heic explicem.

De altero autem n. XVII. ab Swintono, at non sine aliquo errore, recensito numo quid dicam? Cum namque in exemplari meo ejusd. suae Dissertationis II. de industria, ut supra declaravi, ab erudito Anglo Detruncato, Tabula quoque desideretur numorum; equidem valde dubito, an in parte hujus numi adversa, Herculis capite laureato insignita, re vera exstiterit ἐπιγραφῆς, quam in ea sese legisse Swintonus testatur, eamque descriptam dicit quinque litteris, *Lamed* nempe, *Tsade*, *Resch*, *Aleph* & *Mem*. Quas certe litteras τὸ לצר אם, eo uno judice atque auctore, referentes, a nemine Antiquariorum, quem evolverim, commemoratas intelligo; etsi eorum nonnulli de hoc numo ejusdem plane commatis mentionem fecere, ut Ill. Cardinalis Norisius, *De Epochis Syromacedonum* Dissert. IV. cap. III. pag. mihi 333., & Cl. Eckhel in *Doctrin. num. veter.* part. I. Vol. III. pag. 381. n. 55., aliique, qui tamen has in adversa Phoenicias litteras summo premunt silentio. Quid? si ex quam maxime ea in parte detrito atque exeso eodem numo orta fuerit haec ab uno solo Swintono excogitata epigraphe, quam injuria temporis alioqui plurimum laesam ipse confitetur? Verum, ut ut est; penes ipsum Swintonum, doctum quidem virum, sed conjecturis ex hisce litteris capiundis caeteroquin feracissimum, haec lectio sit. Quid tum? Tyrum sese אם, EM, i. e. Μητροπόλεως appellatione gloriasse, quemadmodnm in aliis fecit numis suis (Vid. supra pag. 446.) erit dicendum. Nam in ejusdem numi parte aversa, quae intra querceam coronam, supereminente Tyri monogrammate, Herculis clavam, cum aera propria, scilicet ϛ CN, seu an. 256. exhibet, & prope clavam tres litteras praefert Phoenicias, vox Graece expressa quoque legitur Μητροπόλεως.

enodandis litteris unde tota, sicuti alias dixi, hujus litteraturae pendeat ratio atque scientia,

---

Quid vero postrema ipsa epigraphe ejusdem partis aversae hisce tribus contenta Phoeniciis litteris significet, est disquirendum. In quibus declarandis hanc ex illa exsculpsit lectionem, videlicet = אקר *Acar*, vel, eo judice, אקרי, *Acari*. Quod idem signare, ac Latine Ipsius Urbis, vel simpliciter, licet κατ' ἐξοχὴν, Urbis, Swintonus contendit. Melius meo quidem animo, dixisset Ipsa Urbs; nam τὸ אקר, vel אקרי, modo haec lectio quidquam valeret, in casu esset recto. Quam plane singularem lectionem ut ille idem tueatur, hanc litteram *Aleph* nunc praefixi ה *He*, nunc vero elementi tantummodo initialis, in Arabicis atque in Punicis, adeoque Phoeniciis, vicem gessisse, omnibus ubique notum scribit. Quod ex Bocharto, qui tamen de hoc praefixo articulo ה in τὸ א permutato, ne verbum quidem habet in *Chanaan* lib. II. cap. XVI. pag. 852. atque ex Schindlero, *Pentaglotti* col. I. Cl. Anglus ostendere adnititur. At quia Arabes τῶ ه, seu ה pro praefixo articulo numquam utuntur, sed τὸ ا *Elif*, seu א, modo solum, modo cum ال, sive אל, ut אמלך *Amlec*, loco τῦ אלמלך *Almelic*, *Rex ille*, pro suo eodem articulo usurpant; Swintoni ratio nihil ad institutum pertinet. In Punicis quidem unum hujusce permutationis exemplum ex numis Gaditanis petendum reperire fortassis liceret, in quibus, sicuti suo loco, pag. nempe 400. seq. & 403. seq. adnotavi, τὸ מבעל הגדר, & τὸ מבעל אגדר, at in statu constructo indiscriminatim habentur. Quas litteras *Prostheticas*, seu *additicias* dixi, propterea quod analogiae minus aptentur; tametsi in Hebraicis hujusce προσθέσεις non desint exempla, quemadmodum ibidem observavi. Verum, quod in statu proprie absoluto, sicuti illud esset praetensum τὸ אקר, istud permutationis genus admittendum sit; id ipsum est, quod majori indigeat

diligentiorem operam posuissent, assiduaque contentione rem ipsam, quae multarum vigiliarum

---

demonstratione, quodque ex alio vellem bene ostendi Phoenicio-Punico monumento posse. Certe quod τὸ ה *He*, in eodem statu, uti aiunt Grammatici, praefixum nominibus, quod Graecis est ὁ, ἡ, τὸ, Gallis nostris *Le*, *La*, *le*, in τῦ א locum suffectum veniat; res est Hebraeis plane inaudita. Illud igitur אקר, hac in parte aversa, veluti commentum prorsus reprobantes, ejus loco lectionem τῦ לצר *Letsor*, seu *Tyri*, quae una sit admittenda, retineamus oportet, quamque ejusdem commatis, ut mox dicemus, numi perpetuo exhibent.

Nil ergo efficit Swintonus, cum ex Arabicis, Punicisque praesidium sibi petit ad lectionis אקר figmentum tuendum suum; figmentum, inquam, ex una sola editum perperam lecta eadem epigraphe, uti ferme delineatur in numismatico Pembrochiano thesauro, part.II. Tabul.31. n.9., a qua quidem, iisdem tribus litteris minus accurate suo in numo observatis, ipsum Swintonum arbitror deceptum. Paullo felicius fortasse, saltem minus inepte, si tamen conjecturis dandus locus est, opinatus Swintonus fuisset, dicendo τὸ אקר per scriptionis compendium, in locum esse sufficiendum τῦ אם קריה, vel אם קרת, i.e. *Mater urbs*, quod Graecis est Μητρόπολις. Sed apage hanc alteram conjecturam ab vera epigrammatis plane alienam lectione, nempe לצר *Letsor*, quam apertissime quoque exprimit Mediceus cumprimis ab Ill. Card. Norisio, pag. 333. uti supra, productus numus aliique & singuli palam prae se ferunt, tum apud Pellerinium, *Recueil de Médailles de Peuples* Tom.II.Tabul.LXXXIII. n.47. 48. & 49. pag. 227., tum apud Jos. Eckhel, loc.ante cit.part.I.Vol.III. *Doctrin. num. vet.*, & ibid. n.30. 31. 35. 40. 46. 48. 55. 57. & 58. Quod sane genuina lectio τῦ לצר, in obliquo casu, i. e. TYRI, in monogrammate, sive Graecis expressa litteris, Μητροπόλεως vocabulo apprime respon-

est ac laboris, inquisivissent; facta utique eorum egregiis disquisitionibus major fuisset acces-

---

dens, novo indicio est, quo mihi facile persuadeam, alteram adversae, ab Swintono, uno suo arbitratu excogitatam Phoeniciam ἐπιγραφὴν, de qua paullo ante dixi, prorsus commenticiam esse, adeoque plane reprobandam.

De caeteris, quos eruditus Swintonus hac secunda sua Dissertatione explicandos pag.63 — 70.sumit, numis, haec paucis accipe. Nimirum, etsi numum XVIII. idem ipse Maratho recte adtribuerit, quem deinceps, ut supra ajebam pag.513.not.,ad Sidonem falso referendum, praepostera opinione ductus censuit; in illius tamen epigraphes tertio & quarto definiendo elemento mirum quantum lapsus est; quod de tribus aliis numis nempe XIX.XX. & XXI.est quoque dicendum,in quorum uno legit יובעי JUBAI, at praeter rem. Alteros autem duos sic rursum interpretatur,ut in eorum ἐπιγραφῇ,sive ࠋࠁࠃࠉ, non τὸ לבדץ *Lebditz*, uti ante fecerat, sed לבדי *Lebdi*, legendum pugnat; idcirco eosdem numos LAPETHO Cypri adtribuens, ibi percussos haud potiori jure adserit. Quae urbis Cypri vetus appellatio quum hac una falsa Swintoni lectione nitatur; ergo Bochartum ipsum immerito exagitat atque reprehendit pag.68. quod Phoenices LEPTIM, seu LAPETHUM nomine לבת LEBT, vel LABT primitus appellasse, scripserit in *Chanaan* lib. I. cap. XXIV. Sed de singulis hisce numis quum superius pag.519 — 522.524 — 528 — 531. not. satis disputatum fuerit, atque fuse ipse exposuerim quae mea de iisdem sententia sit, non est profecto quod rursus disputandum putem.

Permulta sane de Cl. Swintono mihi proferenda remanerent, quae de hisce litteris disseruisse intelligo, quaeque passim complexus ipse est *Transaction. Philosophicar.* Voll. L — LIV. LVII. & LXI., uti apud Ludov. Dutensium, *Explication de quelques Médailles Grecques*

sio; multoque plura, si quod alteri supererat, alter saltem habuisset, nobis reliquissent, in

& Phéniciennes, edit. II. habetur pagg. 20. 24 — 27. 71. 89. 94 — 103. 126. 129. seq. 134. 139. seq. 143. 209 — 214. Hanc quoque in rem conferendus Barthelemyus *Lettre à M. le Marquis Olivieri*, pag. 3 — 40. & 43. ∽ Idem in Diario eruditor. seu *Journal des Sçavans*, mens. August. an. 1760. pag. 1524 — 1528., & mens. Novembr. an. 1763. pag. 2124. seq. edit. in — 12mo. Adi sis insuper Cl. Joseph. Eckhel, loc. paullo supra indicat. part. I. Volum. III. pag. 403. seq., Vide & *Histoire universelle*, *traduite de l'Anglois*, Tom. XI. sect. III. lib. III. cap. XXXVII. pag. 652. Tabul. n. 1. 2., & pagg. 654 — 656. Quae autem de duobus numis Phoenicio-Punicis ibidem disputantur, Cl. Swintono adtribuuntur. Adde & Cl. Johan. Bern. De-Rossi, *Lettera sopra un' Iscrizione Fenicia*, in Sardiniae insula reperta; *Ephemerid. Litterar. Romae* Italice editarum an. 1774. pag. 439 & not. 3. Quo postremo loco, ut illud obiter dicam, ἐπιταφὴν sepulcralem, quantumlibet extremis suis singulorum versiculorum potissimum vocabulis plane mutilam, erudita epistola restituendam atque explicandam Cl. vir suscepit, & quidem satis ingeniose. Ea vero ipsa est, quam, ab hinc annis prope viginti quinque, ex ectypo ad inscripti lapidis fidem exacto, mihi transmiserat doctissimus noster Hyacinthus Hintz, Scripturae S. & Hebr. linguae in Universitate Calaritana Professor, mihique vetusta amicitia vinctus; eamque Tabula in aes, ut diligentissime tum potui, incidi, ad eumdemque remitti ipse curaveram.

Sed ad Cl. Swintonum ut redeam, ex iis doctorum eorumdem hominum a me recensitis locis, qui ad id genus enucleanda monumenta eruditi Angli conatus fuerint, intelligere par est. Qua in re, ut ingenue dicam quod sentio, etsi saepe quidem feliciter versatus Swintonus sit, quemadmodum suis adnotavi locis,

quibus ejus generis enucleandis Φοινικῶς inscriptis & metallis & lapidibus, non firmiori modo,

---

pagg. 149. 155. 165.187.189. 292. 365. 501. 515.523. 526.554., haud raro tamen nimiae, ut ita dicam, audaciae, reprehendendus mihi videtur, quod in hujusmodi interpretandis ἐπιγραφαῖς, litterarum Phoenicio-Punicarum vim ac potestatem plus arbitratu suo non semel definierit, & secus atque nativa earum ferret,posceretque ratio. Hinc factum est,ut haud pauca perperam explicarit, eaque in sensum plane alienum transferens, potius perverterit, quam bona collustrarit luce. Qua quidem de re superioribus quoque notationibus multa attuli, nempe pagg. 123. seq. 148— 150. 153. 164. seq. 179. seq. 186. seq. 436. seq. 513. 519— 526. 528. 539 —544.546. seq. 552— 554— 558. &c.

Atque de iis singulis Phoenicio-Punicis, quae eisdem paullo ante commemoratis locis, Cl. Swintonus est interpretatus, multo plura dicere equidem constitueram. Sed me copia aliquantum deterruit. Neque praeterea modus ullus esset, neque finis; si ea omnia ab Cl. viro producta monumenta, vel metallis, vel φοινικῶς inscripta lapidibus, heic congerere liceret. Verum, etsi quae hujus doctissimi Angli sua in iisdem versandis ratio fuerit, ex hactenus prolatis exemplis haud obscure appareat; attamen, ut magis ac magis habeamus, unde de Cl. viri facultate critica in ipsis vetustis interpretandis monumentis judicemus, duos in primis id genus ab se explicatos lapides in medium afferre juvat, sepulcrali insignitos ἐπιγραφῇ.

De priori autem lapide, de quo pag.194. seq. not. dixi, quum fide mea ibidem spoponderim futurum, ut pro loci oportunitate quicquam dissererem; nunc promissa praestando,ego me liberabo. Atqui inscriptionis apographum optima exaratum fide, quod viri summe reverendi atque doctissimi Fr.Ioacchini Navarro, S. Relig. Hierosolymit. Bibliothecae praefecti, benefi-

sed etiam longe sicuriori passu incederemus.
Quid enim, clarissime atque integerrime Car-

cio & gratia habui, accurate delineatum, ad extremam hujusce nostri Commentarii partem primam exibendum, sed cum altero prius collatum, Tabula caeteras complexa Phoenicio-Punicas ἐπιγραφάς, in aes incidi nunc curo valde diligenter.

Atque ex hujus eruditi viri ad Ill. Baglivum & magnum Priorem de Belmont epistola 21. mens. Novemb. 1796. Vallettae data, intelligo, eamdem epigraphen e sepulcrali monumento, in petra ad palmorum quatuor altitudinem, & ut veterrimae aetatis mos obtinebat atque ingenium, rudi simplicitate exsculpto, ubi cadaveris justam non excedentis staturam, ossa fermé lapidescentia, mense Augusto an. 1761. inventa fuere, scalpro mox excisam, paucisque post mensibus pro Regio Museo Parisiensi, in quo nunc eam adservari crediderim, Commendatoris Favray, pictoris egregii, opera ad Ill. Comitem de Caylus transmissam fuisse. Qui inscriptus lapis, palmum Romanum unum altitudine, latitudine vero alterum cum unciis quatuor & dimidia aequans, illud habet singulare, sicuti ex illo ipso Cl. viro Navarro accepi, quod prior versus ἐπιγραφῆς characteres offerat minutos atque in angustum coactos; caeteri vero reliquis tribus comprehensi versiculis, multo majores, iique spatiosiores describantur. Perinde quasi, ut ego suspicor, idem versus primus veluti titulus sepulcralis monumenti, hominis vita defuncti virtutes testantis, exstitisset. Atque harum litterarum ex inscriptionis ejusdem Melitensis aliquot exemplaribus depromptum alphabetum, Tabula aeri incisa, primus omnium evulgavit Cl. Barthelemyus in Diario Eruditorum, seu *Journal des Sçavans*, mens. Decembr. 1761. pag. 2612. seq. edit. in — 12mo., nullo tamen commentario ἐπιγραφὴν tunc illustravit, secus atque existimasse videtur Ill. Princeps de Torre-

dinalis STEPHANE BORGIA, cui haec satis nota sunt, aliud dicam? Tametsi in hoc studiorum genere,

---

muzza, *Siciliae veter. Inscript.* edit. I. Panormitan. 1769. class. XX. pag. 292., edit. II. 1784. pag. 319. seq. Quibus locis inscriptum lapidem, non anno 1763., uti ibidem dicitur, sed an. 1761. Melitae repertum, ex exemplari, quod a Cl. viro Francisc. Agio de Soldanis, Gaulitanae Ecclesiae Canonico & publicae Melitensi Bibliothecae praefecto, ille ipse habuerat, ligno incisum exhibuit cum Latina Cl. Swintoni interpretatione. De quo Phoenicio-Punico Melitensi monumento confer quoque Cl. virum Joh. Antonium de Ciantar in *Malta illustrata*, sed ex Commendatoris Abelae Melitensis insulae descriptione rursus ab se edita, novisque accessionibus aucta, Tom. I. pag. 466. Tabul. XI.

Jam vero, qua ratione doctissimus Swintonus eamdem ex suo exemplari ἐπιγραφὴν sepulcralem, sed Hebraicis ab se descriptam litteris explanarit, nunc videamus. Hanc autem sic protulit, *Philosophic. Transaction.* Vol. LIII. pag. 274.

חדר בת עלם קבר נגעל
נקה בכלת הזה רח־
ב רת אם בשת הנב־
על בן ברמלך

h. e. eodem interpreto: *Penetrale domus saeculi* (*sive domus perpetuae*) *sepulcrum depositi* (*hic*) *clari* (*viri*) *consummationibus* (*i. e. omnino plane, vel arctissime*) *dormientis - intime diligens* (*eum*) *commotus* (*est*) *populus, quum poneretur* (*scil. in terra, i. e. sepeliretur*) *Hannibal Barmelec* (*Barmilec, Barmilc, vel Barmeleci*) *filius*. Haec ille.

Pauca si demas hac in expositione, quatuor nempe priora & postrema tria vocabula, nihil ferme equidem video, quod Hebraicae, vel Chaldaico-Syrae analogiae bene aptetur. Quid enim illud est τὸ *Depositi*, quod cum τῷ נגעל *Nighâal*, ne vix quidem componi

ut est ab iisdem pertractatum Antiquariis, multa mihi succurrant etiam atque etiam dicenda. Quae

posse videatur? Cui profecto vocabulo in *Benoni Niphál*, ut ajunt Grammatici, nulla alia notio inest, quam rei vilis, abjectae, foeditate sua nauseam moventis, quaeque contemptui, aversioni, abominationi ac fastidio sit. Quod sane vocis notio de sepulcro, ubi humanitatis, ut ita dicam, exuviae vermibus pulverique tradendae reconduntur, in universum dici haud incongrue potest.

Nec est quod apud Syros & Arabes τὸ ܓܥܠ جعل *Gáal, Deposuit, commendavit, fidei commisit*, ad quem significatum procul dubio respexit Cl. Swintonus, sit *Depositum* cujuscumque rei, immo & doctrinae ac fidei alicujus commissum; uti Levitic. VI. 2. 4. ܓܘܥܠܢܐ habet Syrus:=II. ad Timoh. I. 14. ܓܘܥܠܢܐ ܛܒܐ ܛܪ *Depositum bonum serva*; & alibi passim. Quasi exanimum hominis corpus in sepulcro jacens, ejus esset custodiae, veluti depositum traditum. Quae interpretatio cuiquam si arrideat, per me licet; mihi quidem non probatur. Nam τὸ נגעל purum putum Hebraicum ab hoc sensu prorsus absonum est. Quare, uti mihi videtur, utramque vocem converterem *Sepulcrum abjectum*.

De τῷ נקה *Naka*, quid dicemus? *Clarum, mundum, insontem esse* &c., quidem significat. Et quia eo loci nomen *adjective* sumitur, legendum erat נקי *Naki*, *Innoxius* nempe, *omnimode*, vel *ab omni* culpa vacuus, ut τὸ בכל *Becol*, quod proxime sequitur, satis aperte demonstrat. Quae duo vocabula Hebraica ad illud Horatii plane recidunt, *Carmin.* lib. I. Ode XXII.=

Integer vitae scelerisque purus.

Quid illud quoque Swintoni sit τὸ כלת הוה, *consummationibus ... dormientis*, haud bene intelligo. Hebraei scripsissent בככלות, ut τὸ *consummationibus*

tamen, ne longius haec excurrat disputatio, quam sit necesse, brevibus complecti liceat. Etenim, si

significarent. Sit tamen τὸ כלת, melius כלות, *Consumptiones*, ut Deuteronom. XXVIII. 32. nonnulli convertunt; quamquam alii, & multo magis accommodate ad sensum, reddunt per *Deficientes*, LXX. vero Interpretes per σφακελίζοντες, *Tabescentes*; quid inde, ut tam insolita salvetur metaphora? Quod τῷ הזה *Haza*, *Dormivit, somniavit*, significatio insit, facile patiar. Immo vero quod mortem somno simillimam Veteres dixerint, ex id genus monumentis SOMNO AETERNO, SOMNO AETERNALI, QUIETI AETERNAE inscriptis, ut est apud Gruterum in *Corpore Inscription.* pagg. DXXV. DCCXC. DCCCCXXV. &c., satis cognoscitur. Verum ex utriusque vocis praepostera lectione ab τῷ נקי non sejungenda, hanc sibi commentus Cl. vir est interpretationem, quae nimio duriorem prae se fert sententiam.

Ego vero, si quid video, legerem נקי בכל תיוה, *Naki becol tive*, i.e. *Innoxius omnimode fuisti*, enallagen admittendo in S. voluminibus non infrequentem, *futuri* pro *praeterito* הוית *Havita*, i.e. *Fuisti*; utrumque vero ex forma Chaldaica, loco τῷ תהוה *Tive*. Nam litteras אהוי inter se permutari explorata res est. Et quia in ἐπιγραφῆς duobus inprimis exemplaribus, quae ad manus habeo, postremae vocis penultimum elementum ita exesum atque detritum comparet, ut haud facili negotio accurate definiri queat; nullam tamen etiam hoc in vocabulo commodiorem reperio lectionem τῷ תיוה. Quamquam, ut verum fatear, in ea admittenda non omnino mihi satisfaciam. Ut ut est; si נקי בכל תיוה legamus, de quibus prioribus duobus vocabulis nullum prorsus est dubium; caetera, quae sequuntur, tria vocabula optime cohaerent. Quare hac & illa Swintoni repudiata lectione, partim Palaeographiae rationi, partim Hebraicae analogiae adversa, loco τῷ *Intime diligens*, lego τὸ רחם *Rahhum*, i.e. *Vehementer dilectus*, tum

qua via alia est, eaque tutior, quae ad hoc studium rite promovendum atque ornandum re ipsa

---

רוא מבשת *Rava miboscheth*, h.e. *Aspectus nulla aspersus inverecundia*. Praefixum enim מ שֵׂוּ בשת, *negationem*, aut *privationem* inferre, permulta in Hebraicis libris exempla sunt, quae ostendant; quod ab Christian. Noldio, *Concordant. Particul. Ebraeo-Chaldaic.* pag. 464. est adnotatum. Quibus animadversis, ita legendam atque exponendam crediderim epigraphen, scilicet =

חדר בת עלם קבר נגעל·
נקי בכל תיוה רח-
ב רוא מבשת הנב-
על· בן ברמלך

h. e. *Penetrale domus aeternae : sepulcrum abjectum : Omnis criminis insons fuisti : vel maxime dilectus : aspectus tuus numquam inverecundus : Hannibal, filius Barmelech.*

In qua lectione, altero etiam dempto vocabulo, nempe Chaldaico רוא, nihil est quod Hebraismum purum non sapiat.

Quod si Cl. Swintoni exemplum ipse aemulatus, hanc epighaphen, παραφραστικῶς exprimere mihi liceret; eam sic redderem : = *Adytum penetrasti, aeternitatis domum : Nunc in vili atque abjecto jacens sepulcro : tu, qui integer vitae scelerisque purus fuisti; atque vel maxime dilectus, & cujus aspectus omnis inverecundiae expers : eheu! Annibal filius Barmelech.*

Caeterum Cl. Swintoni lectionem, una tantum littera excepta, ad Barthelemyi nostri alphabetum, cujus paulo ante memini, plene planeque accommodatum esse, nemo ullus dubitabit. Qua in re, etsi doctissimi Angli solertem industriam laudo; vellem tamen ipsius Barthelemyi in hisce epigraphes enodandis characteribus perspicax ingenium tacitus non praetermisisset. A quo quidem eruditissimi Academici Galli al-

conducat, haec quoque eo certe spectat, ut quae tam obscura, tamque dubia atque incerta sese hac

---

phabeto recedere, nisi in unius potissimum elementi duobus in vocabulis obvii, vera ac nativa ex aliis probatissimae fidei Phoeniciis monumentis constituenda potestate, secus quam ipse Barthelemyus posuit, religio mihi fuit. Quod si quis est, qui ex ipso prototypo lapide meliorem interpretandae hujusce Melitensis Phoeniciae ἐπιγραφῆς, rationem repererit; is mihi rem certe gratissimam faciet. Quaecumque vero illa altera explicatio futura sit; neminem fore arbitror, cui Michael. Anton. Vassallii, de quo pag. 194. not. dicebam, lectio τῶ על בן בט מלך, i. e. *Pro filio Batti Regis*, uti ipse interpretatur, unquam probetur. In diversis inscriptionis exemplaribus illa ipsa littera, de qua quaerimus, etsi aliquantulum variet, ejus tamen forma in universum considerata, eo suo induta habitu atque ductu sic comparata est, ut cum elementi ט *Theth*, forma non solum non componi, verum etiam in ejus potestatem atque indolem converti nullo modo potest. Ergo eo loci in una, eaque sola vera consistendum Swintoni lectione est, quae Hannibalem ipsum, filium Barmelech statuit. Ac de hac Phoenicia ἐπιγραφῇ satis.

Et quoniam id genus monumenta, quamlibet prima specie nihil magni momenti in promptu habere videantur; ad Phoeniciam tamen Palaeographiam ornandam quantum conferant atque amplificandam & maxime, quis harum rerum esset tam iniquus existimator, ut vitio nobis ac culpae daret, quod in iis producendis, nostroque modo enarrandis ἐπιγραφαῖς operam qualemcumque posuissemus?

Ante igitur quam ipsum Swintonum dimittamus, sit altera sepulcralis inscriptio ab erudito eodem Anglo evulgata atque exposita, *Transactionum Philosophic.* Vol. LIV. pag. 414. seq. & 424., tum egregiae *Marmorum Oxoniens.* editioni ab Cl. viro Richardo Chan-

in litteratura offerant, & pro aliorum praesertim monumentorum inopia, nulla ratione, aliqua sal-

dler Oxonii 1763. curatae, inserta part. II. Tabul.III. pag. 6. & 7.

Est autem inscriptus lapis candidi marmoris, longus unius palmi Romani & unciarum circiter quatuor, latus vero totidem unciarum, inter veteris Citii in insula Cypri rudera a Pocockio inventus, cujus ἐπιγραφὴν ille idem protulit, sed in aliquot licet paucis elementis minus accurate delineatum, in sua Anglica *Descriptione Orientis*, Vol. II. Tabul. xxx. n. 2. pag. 213.

Atque quod Cl. Swintonus monumentum ipsum ex archetypo Oxonii adservato, fideliter ac diligenter exscripserit, ne minimum quidem dubitarim. Cujus ego quoque apographum, at Barthelemyi altero non neglecto, suo loco Tabula aeri incisa exhibebo. An vero Cl. Swintonus eamdem inscriptionem bene explicatam, proindeque bene lectam nobis dederit; ut judicari liquidius possit, declaremus necesse est, qua ratione ab Cl. viro ipsa describatur atque interpretatur. Estque hujusmodi inscriptio ab se Hebraicis reddita litteris, videlicet =

אנך עבראסר. בן עברססם חר מצבת
למב חיי כ שנאת עלכם׳ מכב נחתי כלא
מתי לאמת בכם ת־ית בת תאם בן עברמלך

Quam latine sic exposuit = *Marmor Abdasari, filii abdesusimi* (sive *Abdesosimi*) *filii Huri*. *Lapis sepulcralis Lembi* (vel *Lemebi*) *qui vixit vicenos annos seculi doloris* (i. e. *aetatis*, sive *vitae infeliciter actae*). *Descendunt in aeternum in carcerem* sepulchri. *Mortui sunt Amathuntis* (sive potius *occisi* hi *Amathusii*), *Monumentum structurae* est (vel *familiae*) *Tami* (sive *Taami filii Abdemeleci*.

Haec est Cl. viri interpretatio, conatu sane laudabili suscepta, nimio autem, ut videtur, Barthelemyo, qui in eodem Φοινικῶς inscripto lapide exponendo an-

tem luce collustranda videantur, in medio relinquentes, modeste ad summum proponamus. Nec

tea exercuerat sese, contradicendi studio, parum felici successu reddita. Quamquam multum abest, ut Barthelemyo res ipsa semper bene cesserit. Quod si Swintonus simplicem singulorum verborum epigraphes lectionem attentius observasset ac sensum; hoc vidisset, loco integro nihil inesse, quod ejus explicationi suffragaretur. Hanc enim suam interpretationem, nonnullis epigraphes exceptis vocabulis, totam sic ipse instituit, ut quonam pacto salva praestari possit, judicent eruditi. Mihi vero, ut equidem ingenue loquar, res ita se habere videtur, ut quae in verbis essent conjungenda, Swintonus praepostere divellat; quaeque sejungenda, ipse ille misere turbet, misceatque. Atque ita turbat, miscetque, ut iis sensum affingat ab ipsa ἐπιγραφῇ non alienum modo, sed plane ἀσύςατον. Verbo, hoc non est interpretari, sed sua libidine vocabula refingere, aliorsum omnino respicientia. Enim vero ad unum Ebedasarum, vel Abdasarum, Hhuri filium, Sepulcralem lapidem, dum in vivis ipse ageret, ab se positum, non ad plures, uti Swintonus ponit, spectare; totus ἐπιγραφῆς contextus demonstrat plane ad veritatem.

Nihil ergo ibi agitur de Lembo, vel Lemebo, deque hujus vita annos vicenos, satis infeliciter acta, quemadmodum doctus vir comminiscitur; nihil de mortuis Amathusiis, iisque descendentibus in carcerem sepulcri; ad summam, ne agam de singulis, nihil de τῷ אנך, quod τὸ *Marmor* ipse interpretatur, at perperam. In quo vocabulo videre visum sibi est, ipsum Onychis lapidem, quem aliqui Alabastrum vocant. Quae tamen vox τῷ אנך *Anach*, per apocopen, seu detractionem litterae suae finalis י, *Jod*, & Copto-Aegyptiis usu recepta, quid aliud tandem est, nisi ipsum primitivum Hebraeorum pronomen אנכי *Anochi*, Ego, ex quorum fonte in Aegyptiorum atque Phoenicum

nos hoc errore duci oportet, ut si quid unus aut alter Antiquariorum, quantacumque ejus sit au-

---

sermonem derivasse, crediderim? Cui vocabulo subjectam notionem ab Hebraico fonte hauriendam bene prospexit Barthelemyus ille ipse altera in sua ejusdem monumenti expositione, quam protulit, *Lettre à M. le Marquis Olivieri* pag. 35.

Sed ne prolixiores, quam par est, in Swintoni versionis declarandis vitiis simus, ipsam ingrediamur hanc alteram Barthelemyi. At enim ex hujus eruditi viri lectione cum Swintoniana collata atque interpretatione, quarum utraque ad ἐπιγραφῆς indolem & habitum propius accesserit, intelligemus. In illam namque, quam antea produxerat Barthelemyus, *Mémoires de l'Acad. Royale des Inscript.* Vol. xxx. pag. 421 — 423., at minus emendato Oxoniensis marmoris exemplo usus, errores multos idcirco irrepsisse, candide, uti virum doctum decet, confessus ipse est, loco proxime indicato Epistolae suae ad Oliverium pag. 32. seqq. Hanc autem ita exposuerat iisdem in Actis Acad. Inscript., nempe = *Je dors* (tunc legendo אנם, at certe male, loco τᾶ אנך, (d'un sommeil éternel, moi) *Abdassar, fils d' Abdssissem, fils de Chad*, (de la ville) *de Tsabeth, après avoir passé tranquillement ma vie, je me suis reposé dans le tombeau pour la suite des siecles. Mathrath, mon épouse, fille de Tham . . . fils d'Abdmelec a posé* ce monument. Quae epigraphes expositio, quam paene nihil ad verba ipsa Phoenicio Punica! Verum illam ipsam, inscripti lapidis exemplum nactus multo correctius delineatum atque emendatius, in examen vocatam, restituendam existimavit ejusd. Epistolae suae pag. 35 — 39. Tabul. III. n. 3. Quam ἐπιγραφὴν eo quo sequitur, modo Hebraicis nobis descripsit litteris, sed omissis interpunctionibus, quibus inscriptionis singula ferme vocabula in ipso discernuntur lapide: =

ctoritas atque eruditio, de eodem argumento minus recte disseruerit, idem nobis arbitremur li-

---

אנך עבדאסר בן עבדססם בן חר מצבת
לם בחיי יקנאת על משכב נחתי לעלם כלא
שתי לאמת עשתרת בת תאם בן עבדמלך

Quam sane lectionem ab Barthelemyo ea ratione institutam video, ut in hujusce inscripti marmoris explanandis litteris, ac vocabulis suo quoque disponendis loco, eo magis sese commendat, quod àd monumenti mentem assequendam atque sententiam, viam facilius pandat; illudque prae Swintoni lectione habeat, quod id genus epigrammatum ingenio sit accommodatior. In quo tamen interpretando nonnulla vocabula, quippe, eo fatente, sibi plane ignota, praetermittenda duxit Cl. Barthelemyus: idque satis habuit loc. cit. pag. 36. de iis declarandis aliquas conjecturas facere; perinde ac si ad nomina vel propria, vel dignitatis illa spectarent. Verum ex hujusmodi conjecturis, cum nihil definiti ipsae contineant, sed lectionem eamdem maxime turbent,eamque ad plane alienum sensum detorqueant; quae inscriptionis sententiae major lux adfundatur,non equidem intelligo. Quid enim,exempli caussa,in ejus generis sepulcralibus antiquis lapidibus, τῷ מצבת *Matsebeth*,notius est, quod *Statuam*, στήλην,sive *Titulum*, ut Lxx. habent Interpretes, proprie quidem significat, de cippo tamen, seu monimento vita functis posito, semper accipitur? Miror Cl. virum hoc non vidisse. Non igitur erat, cur idem vocabulum in duas divellens voces, unam earum cum praecedenti חר, alteram vero cum sequenti לם conjungendam suspicaretur, & esse legendum (*fils*) *de Hherametz*, *fille de Lam*. Haec nullo vel probabili argumento asseruntur. Accedit, quod illa ipsa interpunctio, qua singula ferme verba in ἐπιγραφῆς lapide discernuntur, (quod ut illud obiter animadvertam, vocum interpungendarum rationis Veteribus haud incognitae, quemad-

cere . Is sane error quantum secum huic litteraturae adtulerit incommodorum, haud uno exem-

---

modum passim ostendi in nostra *Diatribe de Bibliographiae antiquariae & sacrae critices aliquot capitibus*, magnam commonstrat vetustatem) illa, inquam, interpunctio impedimento omnino est, quo minus haec Cl. viri lectio ne minimum quidem similitudinis prae se ferat veri .

Atqui quae vocabula ex epigrammate in Gallicum, ut solet, sermonem transtulit pag.39., eo recidunt : = *Moi, Abdassar fils Abdssissem, fils de Char*, ou *de Hhur . je me suis reposé sur le lit* (ou *dans le tombeau*) *pour la suite des siecles* . (Moi) *Astarte fille de Tam, fils d'Abdmelec ai posé* ...(ce monument). De quibus inscripti lapidis verbis, nempe מצבת לם בחיי יקנאת , & postremi versiculi לאמת שׁת , hac in Cl. viri interpretatione omissis, post videro . Heic & illud tamen non est tacendum, eadem vocabula על לשכב נחתי לעלם כלא, ab se conversa, *In cubili requievi per saeculum omne*, eruditus vir recte observat ibidem pag.36.seq., Isaiae loco apte respondere; ubi cap.LVII.vers.2.de justis habetur: = ינוחו על משכביתם, *Requiescent in cubilibus suis*; quod LXX Interpretes de justi sepultura, vel sepulcro intellexerunt, vertentes : = ἔςαι ἐν εἰρήνῃ ἐν ταφῇ αὐτῦ ; *Erit in pace sepultura ejus* (justi). Haec planissima sunt, nec ullum relinquunt dubitandi locum, quin allata epigraphes verba de sepulcro sint exponenda .

Quid vero de caeteris ab Barthelemyo, cujus lectioni, si unum excipias utpote dubium, adhaerendum arbitror, haud explicatis vocabulis, mihi videatur, in pauca conferam . Totam igitur, sed salvo peritiorum judicio, ἐπιγραφὴν ita convertendam duco, scilicet : = *Ego Abdasar*, (vel Ebedsar) *filius Abdassam*, *filii Hhuri*, *sepulcrale monumentum vanitatis*, *cum in vivis agerem, acquisivi* . *Requiescam in* (funereo) *cubili per omne saeculum. Posui* (illud) *ad fidem* (implendam,

plo superius comprobavimus. Et re quidem vera, cogitanti mihi, memoriaque rursus repetenti quae

---

datam) *Astaroth*, *filiae Tami*, *filii Ebedmelechi*.

In hac autem sepulcralis ἐπιγραφῆς interpretatione si aliquid videam, quod quicquam facessere negotii queat; omne illud ad unam potissimum pertinet suspectae lectionis vocem יקנאת, quae quantum ab analogia recedat, nemo unus est in iisdem versatus litteris, qui non percipiat. In cujus ego locum, si quid audendum est, lubens sufficerem τὸ שקנאת. Qua sane posita lectione, τὸ שקנאת erit ejusmodi, ut peculiari dialecto ab Phoenicio-Punica, nihil abhorreat; eaque Hebraeorum more, sibi assumpto *praefixo pronomine relativo* ש, *Qui*, *quae*, *quod*, sua deinceps inflexione Chaldaeo-Syram formam imitetur. Quam formam eadem vox usurpat quidem, sed uti in *Verbis perfectis*, servata nempe tertia sua א *radicali*, cujus loco, quemadmodum analogia postulabat, erat ponendum τὸ קנית. Nam in *Verbis ex quiescentibus tertia* א, sicuti tradunt Grammatici, illa ipsa littera, praesertim apud Syros & Chaldaeos in τὸ י *Jod*, frequentissime permutatur, ut חוית *Vidi*, צבית *Volui*, Daniel. IV. 2. = VI. 19. Verto igitur *Quod acquisivi*. Τὸ vero נחתי, ut legitur, per *Requiescam* transtuli. Est enim ἐναλλαγὴ *praeteriti* pro *futuro*. Qui certe loquendi modus nihil habet, quod apud Hebraeos, Syros & Chaldaeos maxime frequens non sit.

Τὸ autem לם, quod interpretor *Vanitatis*, per apocopen litterae א *Aleph*, in locum τοῦ למא *Lema*, idem apud Chaldaeos significantis, fuisse suffectum, perfacile adducor ad tenendum. Quid enim sepulcralia sunt monumenta etiam augustissima? Nisi illa humanarum rerum signa vana atque inania, quae vel temporis injuria, vel vetustate ad nihilum serius ocyus recidunt. Nam ut bene cecinit Virgilius, *Aeneid.* III. v. 415.

de horum aetatis nostrae litteratorum hominum in monumentis explicandis Phoenicio-Punicis in-

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.

Restat in epigraphe τὸ אמת, quod *Fidem*, seu *rem promissam* indicat. Ex qua voce ipse deducerem, Abdasarum, qui vita fruens, monumentum acquisivit, vel *aemulatus* est (nam legi etiam potest מנאת, neque male) illudipsum, שתי לאמת ad datam *fidem* Astarothae exsolvendam, ac veluti ejus *fidei* commissum *posuisse*.

Caeterum, qui hanc Citiensem & alias Phoenicio-Punicas ἐπιγραφὰς explicari Armenorum linguae ac litterarum praesidio planissime posse suspicati sunt, idque, fallaci tamen Armeni cujusdam AMBARSUN nomine appellati, testimonio, quasi ipsas, eo judice, ejusdem suae gentis litterarum rationem atque indolem, & sermonis proprietatem apertissime exprimentes; ii profecto, *quid valeant aera lupinis*, turpiter ignorarunt. Quod quidem vere inane commentum ab Johanne Mariti studiose enarratum video, in eo suorum Itinerum opere, cui titulum fecit: = *Viaggi per l'isola di Cipro, e per la Soria, e Palestina* Tom. I. Cap. XV. pag. 172 — 176. edit. Lucens. 1769. Quod si, uti ibidem habetur, doctissimo Niebhurio, quantumvis Orientalium linguarum vel maxime perito, cum in Cypri insula versaretur, quid tamen inscripti iidem, quos oculis perlustrarat, Citientes lapides, quippe characteres insolitam prae se ferentes litteraturam, continerent, tum haud innotuerit; post vero Armeni illius ἐξαπάτῃ non satis statim sibi, & iisdem epigraphis ipse diffidens, ab iis, uti in animo habebat, describendis sese abduci passus fuerit: hoc, inquam, tam leve argumentum quonam pacto efficiet, Armenorum elementis atque sermone expressos hujusmodi lapides fuisse? Armenorum sane scribendi modus ab Phoenicio-Punicorum characterum naturali cohaerentia & complexione prorsus abhorret. Ecquis praeterea Armeni sermonis cum altera dia-

dustria atque studio adnotanda visa hactenus sunt, atque paucis supersunt animadvertenda ; iis , in-

---

lecto nexus atque conjunctio ? ut ex Jo.Joachimi Schroederi *Dissertatione de antiquitate , fatis , indole atque usu linguae Armenicae* Cap. III. §. VIII. pag. 48. & 49. , praemissa ejusdem *Grammaticae , sive Thesauro linguae Armenicae antiquae & hodiernae*, Amstelod. 1711. liquet. Confer & ejus ad Lacrozium Epistolam, *Thesauri Epistolici Lacroziani* Tom. II. pag. 334. seq. Vide quoque Guilielm. & Georg. Whistoniorum ad *Mosis Chorenensis Historiae Armeniacae libros* III. edit. Londin. 1736. praefation. pag. VIII. Illa igitur Armeni Ambarsun putida atque absurda narratio tota commentitia est , vix digna lucubratione anicularum .

Ac quid ego tam insulsum , tamque ineptum, novumque ac plane inauditum ab ἀπατήλῳ Armeno excogitatum commentum heic persequutus sum? Quod certe summo pressissem silentio , nisi in illo recitando Cl. virum Joseph. Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part I. Vol. III. pag. 398. seq. sibi aliquantum complacuisse intellexissem . At Vindobonensis Antiquarius , ut est in illos , qui ad hanc illustrandam litteraturam nostram connisi sint , haud bene animatus; id eo , quantum ego auguror conjectura, fecisse videtur consilio, uti sepulcralem Citiensem eamdem ἐπιγραφὴν , cujus ibidem meminit , in illis esse Cimmeriis relinquendam tenebris , ex quibus quicquid de ea scripserint Swintonus & Barthelemyus, nihil certi exsculpi , nihilque similis erui possit veri , quod ad ejus dilucidationem tantisper accedat .

Hujusce de Citieis ἐπιγραφαῖς commenti plane simile fuit illud alterum , de quo , Ill. viro Principe de Torremuzza praeeunte , superius dixi pag. 503. seq., & cujus auctor (nam ejus nomini ille idem pepercit) tunc me latuit . Quod tamen ab uno Praesule Mario Guarnaccio profectum fuisse, nihil est quod nunc dubitemus . Hujus confer *Origini Italiche* , edition. Roman. 1785.

quam, doctissimis viris, ad quos, sicuti proposuimus, se se nostra convertit oratio, quales fuerunt

Tom.I. lib.I. cap.IV. pag.157. seq. Sed quid ab Antiquario alioquin doctissimo erat expectandum, sperandumque? Is enim, ut suis Etruscis, invita plus semel Minerva, patrocinaretur, in hoc genere Phoeniciarum litterarum multa peccavit. Tot autem & tanta peccavit, quemadmodum indicato loco ostendi, & pag.291.seqq. jam observaram, ut ejusdem litteraturae, pace ejus dixerim, omnino expertem prodiderit sese.

Jam vero eruditissimi Swintoni in Phoenicum explicandis monumentis industria qualitercumque a nobis declarata, ut in nostro maneamus instituto, praestantissime Cardinalis Stephane Borgia, ad illos quoque venire necesse est doctos viros recenti nostra memoria claros, quorum pag.512. & 513. mentionem fecimus, quique hac in litteratura magis ac magis ornanda, amplificandaque operam suam locarunt. Ex quorum disquisitionibus quid majoris lucis iisdem affulserit litteris, intelligemus. Veniamus ergo ad ipsum Barthelemyum.

Heic vero sperare juvat, eruditos homines, quibus Cl. ipsius Swintoni conatus, docti sane ac laudabiles, ad easdem illustrandas litteras haud innotescant, non moleste laturos, me Barthelemyo nostro in iisdem promovendis multo plura dare, quae, quantum ego judicare possum, in Cl. Anglo ipse revera desiderassem.

Quamquam autem eorum, quae de his Phoenicio-Punicis inscriptis monumentis Cl. Barthelemyus litteris tradiderit, in hujusce qualiscumque Commentationis nostrae adnotationibus maximam partem, & pro re nata mentionem fecimus; attamen, ut uno quasi intuitu, & lectores, si quos benevolos, ut spes nobis est, habituri simus, has & illas Cl. viri lucubrationes huc atque illuc sparsas nulla molestia teneant; haud inopportunum

Swintonus, Barthelemyus, Pellerinius, Perezius-Bayerius, Ill.P.De Torremuzza ac ipse Dutensius,

---

censemus, eas singulas rursum enumerare. Atqui hae sunt, videlicet = *Réflexions sur l' Alphabet, & sur la langue dont on se servoit à Palmyre*; Actor. Accadem. Reg. Paris. Inscript. Tom.xxvi. pag. 577 – 597. ∽ Aliae *sur quelques monumens Phéniciens, & sur les Alphabets qui en résultent*; ibid. Tom.xxx. pag.405 – 427. (de quibus confer Cl. virum De Guignes, *Mémoire dans lequel on prouve que les Chinois sont une colonie Egyptienne .... Avec un précis du Mémoire de M. l' Abbé Barthelemy sur les lettres Phéniciennes*. Paris.1760. in – 8vo., Tabul.I. & II. pag. 53 – 79.) ∽ *Explication d' un Bas-relief Egyptien, & de l' Inscription Phénicienne qui l'accompagne*; eorumd. Actor. Tom.xxxII. pag. 752 – 738. ∽ *Lettre à MM. du Journal des Sçavans* sur quelques *Médailles Phéniciennes*; ejusd. diarii mens. August. an.1760. edit. in – 12mo. pag. 1515. – 1542 ∽ Alia ad eosdem data de litterarum, quibus Melitensis alter Φοινικῶς exaratur lapis, Melitae quoque repertus, alphabeto; ibidem mens. Decembr. an.1761. pag.2612. & 2613. ∽ Altera iisdem inscripta doctis viris, *sur quelques Médailles Phéniciennes*; ibid. mens. Novembr. an.1763. pag.2115 – 2130. ∽ Altera *à M. le Marquis Olivieri*, binas nobis in primis sistens ἐπιγραφὰς, bilinguem nempe Melitensem, cujus passim jam memini, & Citiensem, de qua superius pag.548-562 ego disserui; tum aliquot exhibens Φοινικῶς descriptos numos, Paris. 1763. in – 4o. pagg. 45. In qua erudita epistola clarissimus Auctor non nullos suos ingenue agnoscens errores, in iisdem tamen interpretandis Phoenicio-Punicis monumentis, adversus notas illas certe inofficiosas, quibus ab Swintono injuste inustus fuerat, modestissime, ut virum doctum decebat, purgat sese. A quo sane litterario certamine si Barthelemyum victorem evasisse defendam, haud equidem vereor, ne

quanto majora debuissemus; si modo hac in exponenda difficillima litteratura, ne vix quidem

---

harum rerum aequi aestimatores me veluti partium studio addictum incusent. Contra vero, Swintonus sibi suisque,quas ante de iisdem inscriptis monumentis ceperat,conjecturis plus justo, ut saepe alias dixi, indulgens, mirum quantum cupiditate quadam opinionis defendendae suae,in alia omnia discedens, errore lapsus est. Quos errores, si Barthelemyi, meliora postea edocti, adeoque se aliquando lapsum deinceps confitentis,exemplum,uti par erat, fuisset imitatus,sibi certo eripuisset. Hinc autem perplura sane, Cl. Anglo, quippe in iis versato litteris, & cultioris doctrinae perito, deberemus, ab eruditisque viris hujusce litteraturae studiosis multo majorem, quam non est consequutus, gratiam iniisset atque existimationem.

Quapropter nemini mirum videatur, si de Cl.Barthelemyo illud pronunciare ausim: nimirum eorum, quorum hucusque mentionem feci, Antiquariorum nullum exstitisse, qui Phoeniciae litteraturae felicioribus auspiciis adyta penetrarit, atque ad ejus aperiundos fontes viam aptiorem praemonstrarit, eamque paratiorem. Quamquam Cl. virum passibus ambiguis modo, modo non semper inoffenso pede in hac pertractanda litteratura incessisse, ut quid tacitus heic praeterirem? In nativa namque Phoenicio-Punicarum litterarum constituenda vi ac potestate haud semel haerens, ac dubitans, sibique ipse diffidens, nihilque definiens, illis ferme, quibus erant antea obsita tenebris, non eas tantum reliquit litteras; verum etiam, si quas earum, qua potestate gauderent,declarare aggressus est, ea ratione rem quandoque expedivit, ut falsa lectione deceptus, adeoque a recto devians tramite, sese implicarit erroribus.

Attamen quid boni in iisdem excutiendis Φοινικῶς inscriptis monumentis sive metallis, sive lapidibus, secum tulerit Cl.Barthelemyus, apteque ad hoc studii ge-

dissipandis haud semel involuta tenebris, semper ab se impetrassent, uti suam potius fassi ignoran-

nus vel maxime accommodati; quid vero minus opportuni, quidve falsi, variis in suis de hac litteratura proxime indicatis commentationibus ipse tradiderit; ex iis, opinor, adnotationibus nostris, quas imis consulto subjecimus paginis, abunde cognosci potest. Quamobrem ne actum agamus, ad easdem remittere notationes satius erit. Confer ergo pagg. 81 — 84. 88. 90. 116 — 118. 121. 123 — 125. 145 — 153. 163 — 165. 171. 177 — 179. seq. 186. seq. 190. 198. 377. 381. 418. 424. 426. 445. seq. 452. 461 — 464. 469. 471. 473. seq. 478. 484. 488. seq. 490. seq. 495. & 496. (ubi quam huic paginae labem ipse aspersi, eamdem typis denuo committendo, ex hominum occulis facile subtrahere possem. Satis tamen mihi consulendum existimavi, modo ut illam studiose heic notando, inter EMENDANDA rejicerem) 502. 514. 521. 527 — 530. 535 — 538. 540. 547. 549. 553 — 559. 563. seqq. Quibus locis multa habebimus, quae palam faciant, qua Cl. vir ex parte sit amplectendus, quave hac in litteratura illustranda cavendus. At quia eorum plura, quae ille ipse de aliis Phoenicio-Punicis numis passim commentatus est, aut nimium leviter, aut nequaquam attigimus; in pauca, quantum res ipsa postulat, eosdem ab se productos numos conferamus: unde in iis explicandis, quae fuerit ejus industria atque ingenium, magis magisque commonstremus.

Hos ergo numos breviter perlustremus. Quos autem loc. cit. Actor. Academ. Reg. Paris. Inscript. Tom. xxx. Tabul. II. num. 1. 2. 3. 4. & 5. Cl. Barthelemyus exhibet numos, partim ad urbem Tyrum, partim ad Sidonios pertinere, ut ipse statuit pag. 413 — 415., nihil est hac in sententia, quod a rei veritate alienum abire videatur. Qui n. 6. ibid. habetur numus, rectissime quoque Laodicae ab Cl. viro adscribitur pag. 415 — 417. De quo numo adi sis quae pag. 461 — 471. not. superius at-

tiam fuissent,quam vel suis, vel aliorum Antiquariorum nimium fidentes conjecturis,in hujusmodi

tuli. Quod ad numos attinet n.7.& 11. eodem loci productos, de iis satis dixi pag. 370 — 382. N. vero 8.9.10. & 11. alii notantur numi, quorum tres priores eadem, de qua pag. 392. not. admonui, ἐπιγραφῇ inscriptos, nempe עם המחנת & העם מחנת, i.e. *Populus Castrorum*,uti recte legit,& primus omnium Barthelemyus interpretatus est.Quos quidem ad potentissimam Panormitanam urbem, Carthaginiensium tunc aetatis (supra pag.381.not.) arcem praecipuam, hancque idcirco ab ea gente, τῦ *Populi Castrorum*, veluti armamentarii sui appellatione in ejus generis metallis designatam, esse referendos, ille idem haud immerito contendit pag. 417. seq. Atque hoc quidem ex hujusmodi ferme appellationibus,quibus aliae urbes antiquitus denominarentur, concludendum ipse arbitratur. At enim nota sunt *Castra Caecilia*, *Castra Julia*, & alia id genus vetustis indita nomina urbibus, quemadmodum ex *Itinerario* Antonini Augusti, & ex Cellarii *Notitia Orb.Antiq.* intelligitur; quod etiam ostendit Barthelemyus in sua ad Oliverium Eqistola pag. 27 — 29.Quamquam hoc genere argumenti non ille utitur,perinde atque nullus omnino dubitandi locus relinquatur. Non erat tamen, quare tam moleste,tamque immoderate ea de re cum Barthelemyo Swintonus ipse rursum ageret,*Philosophic.Transaction.*(apud eosd.Barthelemyum & Dutensium) Vol. LIV. pag.395. 404. seq. Is enim, ut numos suos iisdem exaratos Phoeniciis litteris, MENAEO, seu MENAENO Siciliae oppido, etsi perantiquo, at vix aliqua celebritate insigni, a Graecis autem populis praecipue frequentato, uti ejus numi evincunt; quodque Carthaginienses fortasse numquam occupassent, adjudicaret; immane quantum illud contentiosissime, & quamlibet inopportune defendit.

Carthaginienses dixi,numquam fortasse Menaenum

versandis ἐπιγραφαῖς Phoeniciis, ad ipsas quandoque magis perturbandas, atque immane quantum

---

urbem occupasse, secus quam adserit Cl. Dutensius, *Explication de quelques Medailles . . . Phéniciennes*, Dissert. I. pag. 74., ubi suae opinionis Diodorum Siculum testem appellat. Verum scriptor Siculus, *Biblioth. histor.* lib. XI. cap. 78. edit. Wesseling. pag. 463. al. 283. Menaei meminit quidem; at quod in ditionem unquam venisset Carthaginiensium, tacitus praetermittit. Rectius sane secus adseruit ille ipse Dutensius, loc. cit. Dissert. III. pag. 219.

Caeterum non satis probare ejusdem Dutensii operam possum atque studium, adversus Swintoni vanos impetus partes Barthelemyi egregie suscipientis, ibidem Dissert. I. pag. 69 — 76. = Dissert. II. Tab. I. n. 6. pag. 134. & Tab. II. n. 1. & 3. pag. 141. & 147. (ubi legendum MAHANOTH, *Castra*, loc. τοῦ MAHANETH,) = Dissert. III. Tab. II. n. 1. 2. 3. & 4. pag. 160. seq. 209. — 220. Cujus postremae Tabulae II. numi singuli Proserpinae, vel Cereris caput tribus modo, modo quatuor cinctum delphinis in adversa ostentant, & in aversa caput equi cum palma produnt, atque eamdem ἐπιγραφὴν עם מחנת. Horum plane est similis alter ab Pellerinio, *Recueil de Méd. de Peuples*. Tom. III. Tabul. CXXI. n. 21. productus, in Phoenicia ἐπιγραφῇ haud male ab se expressus, sed nulla sua ornatus explanatione. Id unum habet pag. 153. in Sicilia fuisse percussum numum. Qui tamen in eo vel maxime labitur, quod ipsissimam ἐπιγραφὴν, licet in aliquot suis litteris ab se haud accurate descriptam, alterius numi Tabul. LXXXVIII. n. 8., Borgiano, de quo paullo inferius dicam, simillimi, de MUTHUMBALLE, cujus meminit Plautus in POENULO, perperam interpretetur loc. cit. pag. 22. Quod ab Dutensio haud immerito est animadversum. Confer Jo. Christoph. Rasche, *Lexic. univers. rei num. vet.* Tom. III. part. II. col. 497 — 499.

obscurandas accessissent? De quorum erroribus nisi tandem edocti fuissemus, haud scimus equidem,

---

Redeo ad Dutensium. Qui numus, ejusd. Dissert. II. Tabul. II. n. 3. pag. 147. cum capite muliebri, uti supra, tribus, aut quatuor piscibus circumducto, unaque tantum, in postica, littera 𐤌 signatur, quin Panormo sit addicendus, nihil quidem dubitat Cl. Dutensius, ea ratione fretus hanc litteram initialem esse τῆ מחנת *Mahhanoth*. Verumtamen hoc illud est, quod in controversiam vocari arbitror posse. Atenim, quare sic iudicem, potissimum facit numus alter argenteus mirae quoque pulchritudinis ac rarae conservationis, quem ex Veliterno Borgiano Museo in manibus habeo, eumque majori, qua ipse potui, fide atque diligentia, Tabula in aes incidi feci. Atque egregius hic Borgianus numus ad extremum PROLOGUM nostrum producendus, ex adversa quidem parte a Dutensiano in eo differt, quod Herculis caput imberbe, leonis exuviis tectum, referat; sed ex aversa, caput quoque equinum, ut Dutensii numus, & retro palmam repraesentet, subtus vero integram ἐπιγραφὴν, scilicet מחהרם MAHHHARAM. Quod, nisi fallor, indicio esse mihi videtur, hanc illam solitariam litteram 𐤌 *Mem*, ab Dutensio in suo observatam numo, ad MACHARAM, alias MACARAM, veterem Siciliae urbem designandam pertinere.

Cui sane conjecturae nostrae firmandae haud parum favet alter tetradrachmus argenteus, Borgiano omnino similis ab Antiquariis antea vulgatus, atque ab ipso Cl. Dutensio, indicato loco Dissert. II. Tabula II. n.2. exhibitus, & pag. 144 — 146. Macharae eidem civitati ab se rectissime adjudicatus. Quod utique dicendum existimarim de ejusdem prorsus commatis numo, quem Cl. Francisc. Neumannus, *Populor. ac Reg. Veter. num. inedit.* part. I. Tabul. II. n. II. pag. 66. & 67. edidit, sed ex adversa, capitis quoque Proserpinae, vel Cereris suis delphinis, aut piscibus circumdati, typum prae se feren-

an hoc in studio ullam aliam, quae ad verum ducat, si hoc minus, saltem nos muniat ad magnam

---

te, & in aversa ש Mem, litteram prodente, & alteram, eo ipso Judice, non multo absimilem, at ut, ait ille, diversam. Qui doctus vir, licet plane incertus ac dubius, Panormo ne, an Menaeno hic & similes tetradrachmi argentei accenseri debeant, nihil statuit. Dutensium tamen contra Swintonum, pro Barthelemyo stantem, sic laudat, ut suam Cl. Hybernus argumentis validissimis communiisse sententiam, sibi ipsi videatur. Ego vero, aut quam maxime fallor, aut pro duobus characteribus מ nempe & ח, seu *Mem & Hheth*, easdem accipiendas esse litteras in Neumanniano obvias numo, adeoque urbem τὸ מחהרם MAHHHARAM, sive MACHARAM iis designari binis litteris, perquam adducor ad ponendum.

Tametsi intelligam esse numum ex adversa, una tantum voce τῆς מחנת inscriptum, sed plane diversi typi, uti est ille, quem vulgavit Barthelemyus, ejusque sententia, Carthagini potius, quam Panormo, at minus recte adscribendum, loc. cit. Actor. Acad. inscript. Tom. xxx. Tab. II. n. 9. pag. 418., & de quo numo dixi pag. 377. & 381. not. Qua postrema pagina Cl. viri Eckhel, *Doctr. num. veterum* part. I. Vol. III. pag. 416., de τῷ חרשת, quo, ex parte aversa, sub palma arbore inscribitur numus, opinioni non satis ipse diffidens, eamdem Barthelemyi lectionem improbare mihi visus sum, veluti ad Hebraeo-Poenicio-Punicae dialectus analogiam parum apte accommodatam. Verum, etsi eadem vox cum altera conjuncta foemini generis, in sacris nostris Hebraicis voluminibus perpetuo scribatur ut חרשה; attamen si illa in se bene consideretur, nihil profecto habet, quod ab analogia absonum esse videatur. Τὸ namque חרשת eo loci, ex earum vocum forma est, quae in ipso *Benoni* permutatio τῆς ה in ת, frequentissime apud Hebraeos occurrit, ut מלכת *Regnans*, נופלת

similitudinem assequendam veri, viam fortasse reperire nobis unquam licuisset.

Cadens., עמדת *Stans*, & alia multa id genus. Quod hac opportune oblata occasione non erat tacendum mihi, ut Barthelemyi lectionem non esse sollicitandam ostenderem.

Caeterum mea de binis iis litteris in Neumanni numo observatis, sententia etiam fit, ut Cl. Petro Burmanno Secundo *ad D' Orvillii Sicula* part. II. pag. 280. & 281. numos duos Tabul. I. n. 5. & 9. exhibenti, Borgiano autem in hoc dissimiles, quod protome equi inter clavam & palmam arborem modo, ut apud Parutam Tabul. XIII. n. 124., modo inter aristam atque eandem palmam, in suis tamen ἐπιγραφαῖς multum vitiatos, eosque Panormo adjudicanti, qui potiori jure ad Macaram, seu Heracleo-Minoam spectarent, ne minimum adsentiar. Horum autem numorum, quos Macarenses facile dicerem, & illorum, de quibus paullo superius disputavi, discrepans prorsus videtur mihi esse ratio.

Quod igitur Barthelemyus atque Dutensius eo, quo exposui, modo numos ipsos suos Panormitanis adnumerandos existimarint, quantum ego judicare possum, bene est. Mirari tamen subit, Cl. virum Dutensium, cui profecto, ut ipse scribit pag. 143. a), eruditissima neutiquam innotesceret Perezii-Bayerii, *Del Alfabeto, y lengua de los Fenices* disquisitio, nihil omnino non solum habuisse, quod Cl. Hispano & ab illo & ab Swintono & a Barthelemyo de hisce numis admodum dissentienti, ipse opponeret; sed etiam cum Cl. eodem Bayerio, pag. 347., unam numorum suorum in primis Phoenicio-Punicam ἐπιγραφὴν, nempe עם המחנת *Ham Hamacharath*, legente, consensisse videretur, loco cit. Dissert II. pag. eadem.

Atque Perezius-Bayerius in ea sententia est, neque Swintonum, neque Barthelemyum hujusmodi ἐπιγραφὰς bene legisse; idcirco falsos utique esse, cum

Quamquam, cum de tantis viris illud praedico, non hoc eo scribo, quo iis detractam hujus do-

---

eosdem numos Panormo adtribuant. Quod ut efficiat, bina sua profert numismata, quorum alterum n.1. iisdem ac Borgianum ex utraque parte signatur typis. Illud tamen inter utrumque intercedit discriminis, quod Cl. Hispani tetradrachmus ἐπιγραφὴν prae se ferat paullo longiorem, nempe עם המחרת *Hham Hamacharath*, i.e. *Populus Macharae*, ut suo in numo & intepretatur & legit Bayerius. Qua tamen Cl. viri lectione an tute stare possimus, neque pro certo, neque pro indubitato habere me, ingenue fateor. At Perezius-Bayerius homo fuit iis sane doctus litteris, & in hujusmodi ἐπιγραφαῖς resolvendis diligentissimus. Sit ita. Quamquam doctissimum Hispanum de hisce litteris optime meritum, equidem maxime suspicio; nihilo minus tamen hujus dubitationis meae ratio haec est: nimirum in numo altero atque ejusdem omnino commatis, & quidem integerrimo ex clarissimi Antiquarii τῦ μακαρίτυ Hieronymi Taninii, quandiu vixit, mihi amicissimi, scriniis deprompto, magna utique fide atque studio a me descripto, & ad extremam Commentationis nostrae partem primam Tabula in aes insculpta exhibendo, ἐπιγραφὴ ipsa apertissime prodit has litteras, videlicet עם המחנת *Aám Hammahhanoth*, seu *Populus Castrorum*. Ergo aut scalptoris culpa & inscitia, in utriusque numi ἐπιγραφῇ vel Bayeriana, vel nostra, sextam litteram, ex qua una sola, tota pendeat vera epigrammatis lectio, male delineatam fuisse, dicendum erit; (quod nostra secus ostendit) aut eamdem litteram in suo numo aliquantum exesam, vel minus clare expressam, uti in id genus inscriptis metallis non raro accidit, & is ipse Bayerius de hoc numo suo pag. 348. aperte confitetur, Cl. Hispanum unam pro altera perperam sumentem, adeoque τὸ ר *Resch*, loco τῦ נ *Nun*, incaute legentem, tota re errasse, ponamus oportet.

ctrinae laudem ad me transferendam velim; mihique, quemadmodum alias ajebam, & ingenue me

---

Alter numus, quo, bona ejus venia, etiam abutitur Cl. Perezius-Bayerius, quique est n.2., illud habet singulare, quod ex parte antica caput prodat muliebre, crispis capillis & tegumento ornatum; ex postica, leonem gradientem sistat juxta arborem, cum epigraphe Phoenicia hisce evidentissime expressa litteris, nempe העם מחנת *Haám Mahhanoth*. Quas sane litteras, nescio in quam praeconceptam opinionem adductus, legendas arbitratur τὸ העם מררת seu, ut ille scribit, *Hham Macharath*, atque de *Populo* interpretatur *Macharae*. Cui suae lectioni auctoritatem conciliaturus, eo usque progreditur, ut aliter atque hujus inscriptionis penultimae litterae genuina vis ferat ac vera potestas, eamdem veluti explorate atque perspecte cognitam pro τῷ ר *Resch* habendam esse, acriter pugnet. = Es, ait ille pag. 348. „ conecidamento un ר *Resch*, que se ve mui claro en la „ inscripcion de la primiera „. Quamquam & illud est, quod veri Phoeniciae litteraturae cultores numquam probabunt. Falsus igitur ipsemet Bayerius fuit, totoque aberravit coelo, cum in suo Phoeniciarum litterarum Diagrammate loc. cit. pag. 374. & 375. hunc eundem sextum ἐπιγραφῆς characterem ad illorum, qui sunt litterae ר *Resch*, classem transferendum duxit, quique revera ad τὸ נ pertinerent. Sed quid haec de genuina hujusce litterae נ *Nun*, in utroque & Bayerii & Taninii numo manifestissime obviae, vi ac potestate consector, quae tam clara sunt, tamque perspicua, ut vel iis tenebras cudere, vel ea in quaestionem revocare velle, nihil aliud sit quam operam ludere? Non ergo haec erat sollicitanda lectio, nihilque erat caussae, quamobrem & Swintono & Barthelemyo, perinde ut suas ἐπιγραφὰς male legissent, Perezius-Bayerius objiciendum arbitraretur. Quapropter numos tam עם המחנת, quam העם מתנת, quod eodem recidit, inscriptos, in iis esse omnino nume-

rursus confiteri nequaquam pudet, tantum arrogem, atque arrogare debeam, ut illas, quibus res

---

randos, qui ad Panormum Carthaginiensis Siciliae caput spectarent, non equidem dubitarim. Qui vero τῷ מחהרם *Mahhharam*, notantur vocabulo, licet alioqui iisdem insignes symbolis, illi veteri Siciliae urbi addicendi haud dubie sunt, quae,. Cluverio auctore, *Siciliae antiq.* lib.I. cap.XVII. pag. 216. Ἡράκλεια, cognomento MINOA dicta postea fuit. Nam, uti memoriae mandavit Heraclides Ponticus, *De Politiis Graecorum*, cum apud Cluverium loc. cit. pag. 217., tum in Jacob. Gronovii *Thesaur Graecar. Antiquit.* Vol.VI. col. 2833., Μινώαν τὴν ἐν Σικελίᾳ, Μακάραν ἐκάλουν πρότερον. i.e. *Minoam Siciliae* urbem, *prius Macharam* (ac si *beatam* dicas) *nuncuparunt*. Quam veterem civitatem Carthaginensium imperio subjectam aliquando fuisse, sunt antiqui scriptores, qui tradant.

Quod autem, doctorum horum hominum, quorum memini, de hisce ἐπιγραφαῖς interpretandis Antiquarius Vindobonensis varias, easque inter se dissentientes recensens opiniones, *Doctrin. num. veter.* part.I. Vol.III. pag. 415. & 416. scripserit = *Selige, lector, aut si malis, totum repudia*; id equidem nimis fidenter. Si namque ad manus habens Cl. Eckhel id genus numorum, & sedulo & scienter observasset, quid ipsis metallis Φοινικῶς inscriptae ferrent litterae; quid Macharae, sive Heracleae Minoae, quidve Panormo reipsa fuisset tribuendum, minus praecipiti rem expendisset judicio. At ea est hujus Antiquarii caeteroquin doctissimi, in eruditorum virorum ad has explanandas litteras conatibus exponendis ratio, ut aut perpetuo ludat; aut claris perspicuisque rebus tenebras obducere adnitatur.

Hanc porro MACHARAM primitus sic vocatam & in Agrigentino tractu sitam, postea vero Heracleam modo, modo Minoam, & conjunctis nominibus, modo Heracleam Minoam ab antiquis scriptoribus appellatam, cum

litteraria Phoenicum interdum obducitur, tenebras omnino excutere, easque enucleate extricare;

altera ejusdem fere nominis MACARA dicta, ut in vetustis aliis libris, sed corrupte legitur, quae tamen ab Ptolaemeo Ἰμακάρα, Ἡμικάρα rectius vocatur, quamque incolae, Cluverio teste, TRAINA nunc appellant, longe ab Agrigentina regione ponendam, idcirco ab illa plane diversam, non confundendam arbitror esse, uti facere videtur Cl. Dutensius loc. cit. pag.145. seq. Quae enim de utraque tradunt ille idem Cluverius, loc. cit. & pag. 329. atque Cellarius, *Notit. Orb. Antiq.* lib.II. cap.XII. §.XXXVII. & LXXVI. pag.794. & 805., illud evincunt plane ad veritatem.

Quibus ἐπιγραφαῖς expensis, ad alterum progredior loc. cit. Actor. Academ. Inscript. Tom.XXX. Tab.II. n.12 ab ipso Barthelemyo publicatum numum, eumque ita explicatum, ut in eo legens עם מנקרת *Aám Minkaroth*, i.e. eo interprete, *Populus*, seu incolae *Minkaroth*, ad eamdem Imacharam, vel Hemicharam referendum putet. Quod tamen ex una conjectura ductus contendit. Quasi Imacharae civitatis appellatio, *in cujus medio*, auctore Fazello nostro, *De rebus Sicul.* lib.IV. pag.101. *specus longissimae inspiciuntur*, τῦ *Minkaroth* vocabulo, illius opinione a τῷ נקר derivando, quod *Effodit*, *perfodit* significat; unde τὸ נקרת *Effossio*, *caverna*, *spelunca*, factum est, aliqua proportione, sive analogia responderet. At haec per se nimis longe petita videntur, eoque magis, quod hujus ἐπιγραφῆς litterae sextae vera lectio, Cl. Barthelemyo observante, incerta sit atque dubia. Neque me movent quae in *Journal. des Sçavans*, Mens. Novembr. an. 1763. de hac sua lectione rursum scribit pag.2121., videlicet veram ejusdem civitatis appellationem esse *Mincara*; τὸ autem עם, quod significat *Populus*, eidem praemissum nomini, nihil aliud esse atque *Immincara*, & corrupte *Imachara*. Quod tamen nullus Veterum, quantum ego sciam, litteris

maculas autem ipsas,quibus eruditorum Antiquariorum hocce de argumento commentationes as-

---

unquam tradidit. Confer Cl.Pellerinium , *IV. Supplément aux Recueils des Médailles* pag.78. seq.

Quanto magis gratum nobis fecisset Cl. Eckhel, si modo numorum duorum Barthelemyanis similium, quos ex Museo Caesareo Vindobonensi protulit,*Syllog. I. numor. veter. anecdotor* &c. Tabul. II. n. 13. & 14. pag.20. & *Doctin. num. veter.* part. I. Vol. III. pag. 416. indicat, epigraphas accurate ac diligenter exhibuisset? Horum autem numorum unus caput item Cereris, spicis coronatum inter quatuor pisces repraesentat, & ex postica, mulierem in citis quadrigis cum epigraphe Punico-Phoenicia, sed scriptura a sinistra,ut ei videtur,ad dextram progrediente. Hujus autem numi ἐπιγραφὴν in primis sic descriptam a Barthelemyo putat,ut ipsum exagitet, propterea quod male in illa legens Cl.Accademicus Gallus, Imacharae Siciliae numum adjudicarit. „ Nam, uti ille idem loc. cit. *Sylloges* suae ani-
„ madvertit, haec habet : littera prima, quam is *Ain*
„ facit,junctamque cum sequente *Mem* efficere vocem
„ עם *Populus* sancit, in meo ejusdem est formae cum
„ penultima, quae illi *Resch* est„ .De quo ego valde dubito. Quamobrem,ejus sententia, huic inscriptioni alia quaerenda explicatio est. Quod equidem facile patiar. Ego vero sed suspicans dicerem in ἐπιγραφῆ esse legendum τὸ עם המחנת, vel העם מחנת, uti in ejus generis numis Φοινικῶς inscriptis, & a Philippo Paruta apud Havercampum, Tabul. XIII. n. 122. 125 — 129. = XVIII. n. 173. productis, ex adversa parte, sive Cereris, sive Arethusae capite suis sacris cincto piscibus, numus signatur; ex aversa vero equinum caput cum palma modo, modo quadrigam pompam triumphalem conspicere licet.

Sed detur Cl. viro Eckhel, hanc nostram lectionem non esse admittendam. Quid? An quicquam de

persae sunt,abluere me posse existimem. Id profecto esset non solum magni ingenii, subactissi-

---

hac inscriptione nobis protulit magis certi, aut saltem similioris veri, quod amplectamur? Nihil profecto minus. Quin immo is ipse est, qui viam suo more ibi teneat, quam si sequeremur, in hisce dirimendis controversiis finis esset omnino nullus.At enim non solum hac in illa ἐπιγραφῇ nihil explicavit; verum etiam eamdem licet, eo fatente, nitidissimam, tam insolito modo, tam obscuris, tamque dubiis litteris ipsam exhibuit, ut neque Oedipus conjector divinare quid ipsa significet, posset. Quae ratio Phoenicias describendi ἐπιγραφὰς, quorsum tendat, nisi ut huic explanandae litteraturae, in qua resolvenda, ipsi Barthelemyo, quantumvis repugnante Antiquario Vindobonensi,tantum debemus, omnis praecludatur modus, atque exitus.

Quamquam ne illud quidem probo, quod de altero numo, hujusce suae *I. Sylloges* Tabul. eadem n. 15. pag. 21. Viennae in 4to.editae anno 1786.,ipse disserit. Nimirum,hunc ipsum exhibuisse se dicit " in eo-,, rum gratiam, quibus Deus aliquis ad explicandos nu-,, mos Phoenicios & animum adjecit & confidentiam; ,, qui epigraphen offert ut integerrimam, sic mihi in ,, tot eruditorum commentariis nondum visam.,, Haec ille eodem sic scribebat anno. Et tamen hic Eckhelianus numus nihil omnino, quoad utrum que typum, in antica differt, in postica vero ferme nihil ab illo, quem Barthelemyus anno 1763.in eruditorum Parisiensium Diario jam vulgaverat, & uti superius pag. 489. adnotavi. De cujus Phoenicia ἐπιγραφῇ ab Cl. viro Eckhel minori studio ac diligentia non solum delineata, sed & nequaquam illustrata, quum fuse ibidem & seqq. pagg. disputatum a me sit, non est quod de ea rursus disputem.

Sed & Barthelemyum etiam atque etiam audiamus de aliquot a nobis praetermissis numis, in priore au-

mique judicii, atque eruditionis summo studio comparatae, quibus ego rebus & indigeo, & quid

---

tem sua ad Cll. Auctores Diarii Eruditorum, seu *Journal des Sçavans*, mens. August. an. 1760. in — 12mo. pag. 1526. seqq. Epistola differentem.

Et quoniam Cl. Swintonus nimio concertationis studio, numos illos, de quibus pag. 483. not. generatim diximus, arithmeticis distinctos notis, Sidoni urbi addicendos esse, obstinate pugnabat, contra atque neque injuria jam statuerat Barthelemyus ipse; cui idcirco sententiae suae ut magis ac magis fidem faceret Cl. Academicus Gallus, testes omni exceptione majores, ibid. Tabul. n.3. & 4. numos duos iisdem signatos numericis notis, producendos duxit, & quidem מרתע *Marathaá*, haud dubie inscriptos. Quibus testibus, non ad urbem SIDONEM, sed ad ipsam MARATHUM, de qua alias dixi pag. scilicet 482. seq. not., civitatem ex adverso Aradi insulae sitam, hosce numos jure merito pertinere planissime adstruitur. Adeo perspecta res est, atque explorata, ut ne Cl. quidem Eckhel loc. cit. part. 1. Vol. III. pag. 404. seq. Barthelemyo refragari audeat.

Ac ne ipse quicquam dissimulem, non est negandum, uti a Cl. Pellerinio animadversum bene est, *Supplément IV. aux Recueils des Médailles*, pag. 62 — 64., Barthelemyum eodem loci aliquantum errasse. Is enim postremam inscriptionis litteram ע *Aaïn*, habens pro 𐤁 *Beth*, Phoenicio, sed inverso, hancque male ab se lectam ab ἐπιγραφῇ מרתע divellens, cum altera vero nempe 𐤕, seu *Tau*, e conspectu figurae stantis, acrostolium dextra tenentis, expressa, qua, ejus sententia, annus, quo numus cusus fuerit, designaretur, esse conjungendam Cl. vir existimare sibi visus est. Quod falsum est omnino. Illud tamen non tacendum, quod Pellerinius omittit, Barthelemyum ipsum ibidem eo quoque inclinare, ut eamdem litteram in multis se Marathi numis vidisse τῷ *Beth* ita admodum similem, quippe caudam

valeant humeri, quidque ferre recusent, probe novi; sed & haud exigua opus esset monumentorum

suam ad angulum ferme rectum protrahentem, uti τὸ *Aaïn*, legi etiam posse non neget. De cujus litterae ע *Aaïn* forma varia in numis obvia, confer Pellerinium, *Lettres de l'Auteur des Rec. des Méd. de Rois* &c., Epist. I. Tab. III. pag. 35. Attamen Barthelemyi horum numorum interpretationem, ad suos Maratho ab se tributos, quos 5. numero *Peuples* Tom. III. Tab. LXXX. n. 60 — 64. pag. 200. protulit, explicandos viam sibi praemonstrasse, Pellerinius ipse non diffitetur. Quod & ingenue quoque agnoscit Dutensius in suis illustrandis Marathensibus numis, *Explication de quelques Médailles ... Phéniciennes*, Dissert. II. Tabul. I. n. 9. & 10 = II. n. 5. & 6. pag. 139 — 141. 148.; ubi iidem numi Tab. I., quantumvis eo auctore integerrimae conservationis, minus tamen accurate in ἐπιγραφῆς postremo elemento ע describuntur. Etenim loco ejusdem litterae ibi errore habetur τὸ מ *Mem*. Quae tamen littera, in aliis duobus numis Tab. II. ad τοῦ 9 *Beth*, Phoenicii quam proxime accedit. Quare non mirarer, similis litterae eo insculptae modo, atque ambigua forma Barthelemyum deceptum, aliquam ad errandum ansam dedisse. Caeterum id laudis dandum ei est, unum e multis, hisce deditum litteris, fuisse, qui ex eorumdem numorum ἐπιγραφῇ, urbem ipsam MARATHUM in lucem extraxerit.

Jam vero, licet ejus generis numi notis signati *numeralibus* reperiantur, nihil obstat tamen, quin longe alio spectent, quam Swintonus videri volebat. Quod & ex aliis tribus numis Tabul. ead. n. 5. 6. & 8. omnino evinci, Barthelemyus commonstrat. Quorum duos priores in postica parte, Alexandri nomen Graece exprimentes, & tertium ad ACONEM maritimam vrbem Phoenices, in sacris litteris dictam עכו ACO, postmodum autem PTOLEMAIDEM, hodie demum ACRE,

copia, ut illud facilius consequeretur. Quae monumenta, quocumque ea sint numero, quae no-

---

vel ACRA appellatam, pertinere, haud levioribus rationum momentis ille idem Barthelemyus ostendit.

Heic ego rursum, licet invitus & vel maxime repugnans, cum Vindobonensi Cl. Antiquario congredi debere me video. Is namque, cui eruditorum in explicandis Phoenicum monumentis, quam parum religiosa sint judicia; quasi obstinato animo, at nimis confidenter defendere placuit; horum numorum, qui duabus tantum inscribuntur litteris, nempe 𐤏𐤊, seu עך AC, quas Barthelemyus omnium primus τὸ עכו, ACO, i.e. ACONEM urbem indicare adfirmavit, interpretationem in hujusmodi conjecturis esse ponendam, loc. paullo ante cit. part. I. Vol. III. pag. 409. nihil ipse dubitat. Sint haec Cl. Barthelemyi conjecturae; patiar. Conjecturae tamen sunt, quidquid doctus Eckhel dicat, eruditissimis multum probatae etiam Antiquariis, quippe quae ad resolvendas, intelligendasque ἐπιγραφὰς Phoenicias viam nobis muniant, qua deserta, atque relicta, aut nulla, aut ne vix quidem alia amplius superesse videatur, in qua tutiorem, eumque firmiorem pedem ponamus.

Rectissime igitur iidem Antiquarii viri censuisse putandi sunt, qui hac in re Cl. viri Barthelemyi prementes vestigia, ut Pellerinius, *Rois*, Tabul. II. n. 1. & 2. pag. 13. ∽ *Mélange*, Tom. I. Tab. IV. n. 5. pag. 140. seq. ∽ *Supplém. IV*. pag. iij. seq. 61. seq., ut Dutensius, loc. cit. Dissert. III. Tab. II. n. 7. pag. 221., ejus generis ἐπιγραφὰς ad urbem Aconem esse referendas judicarint. Quam sane rem cum Phoenicia ipsa Palaeographia veram esse confirmet, non est quod esse in controversiam revocandam arbitremur. Verum idipsum haud arbitratu nostro statuendum est, sed veteribus monumentis. Quapropter, quem ille idem Cl. Dutensius, Dissert. I. praefat. suae fronti aeri incisum, produxit numum, in quo τὸ אך *Ac*, legendum sibi visum est, quodque

stram ad aetatem pervenire potuerint, si tamen absint, ecquem ex eo studio fructum capiemus?

de ACONE interpretatur, aliorsum pertinere, certissimum equidem existimo. At enim is numus falso ab se Aconi addictus, si cum altero Dissert. II. Tabul. II. n.8. pag.150. rite conferatur, quemque satis ingeniosa conjectura ad similitudinem quam maxime accedente veri, Antiochiae, duabus tantum initialibus litteris in ἐπιγραφῇ obviis, nempe 𐤍𐤀, seu אן ductus, adtribuit; hujus ex utraque sui typi parte, tam esse similem deprehendemus, quam ovum ovo. Si quid autem inter hunc & illum discriminis intercedat, numericas solum in exergo notas diverso modo descriptas, annum, quo numus cusus fuerit indicantes, respicit. Neque me poenitet, quod de hoc numo, nisi omnia nos fallunt, Antiochiae adcensendo, ego quoque dixi pag. 483. seq. not.

Ac Cl. Eckhel vehementer etiam labitur scribens, hunc earumdem litterarum 𐤊𐤏, de quibus quaerimus, valorem ex certo quopiam monumento non esse comprobatum. Τὸ Phoenicio-Punicum O idem esse ac τὸ ע Hebr. non inficiatur quidem. Et quî negasset quod ex tot tantisque manifestissime pateat monumentis? Id unum nihilosecius contendit, alteram litteram 𐤊 ambigui esse valoris. Quid? Si in ARACHI REGIS cumprimis Φοινικῶς inscripto numo, uti superius pag. 535. seq., idem character τοῦ ך, vel כ *Caph*, potestate valeat, ut certissime valet in hujus numismatis τῷ 𐤌𐤋𐤊, sive מלך, quemadmodum esse legendum evidentissime liquet? Quae demum esset caussae, quamobrem in τοῦ כען secunda littera vis eadem non inesset atque potestas, neutiquam intelligere licet. Sed id verbis neget, vel concedat Cl. Eckhel, parvi refert. Qui eo usque, sicuti superius ajebam pag. 472. seqq., imprudens sibi persuasit, litteras ipsas in Laodicensi obvias numismate (quod pag. 464 — 479. not. sat copiose & fortassis plus nimio, quam par erat, exposui), earum quoque, quibus alter exara-

Sed ea est, ut in magnis aggrediendis rebus, iisque ad felicem exitum perducendis, hoc

tur Beritensis numus, loc. cit. pag.472., tam esse proprias, etsi tota discrepantes & forma & habitu, ut huic Φοινικῶς inscripto metallo vel apte accommodari, vel plane aliud significare possint; ipse profecto aut nihil in iis sapit litteris, aut si quicquam sapere videatur, perquam exigua (absit invidia verbo) sit ille rei litterari Phoenicum peritia, oportet. Displicet sane summopere, hominem caeteroqui eruditissimum, ad hoc litteraturae genus sic accessisse enarrandum, ut una quasi libidine omnia miscendi atque turbandi, nihil ferme nisi dubii, atque incerti in ea vidisse videatur. Sed hoc mittamus, quod ut saepe alias, ita de Vindobonensi Antiquario semper gravate equidem animadvertimus.

Ad nostrum etiam revertamur Barthelemyum. Atque in altera sua ad Auctores Diarii Eruditorum mens. Novembr. ann. 1763. Epistola de quibusdam Phoeniciis numis, quorum ex maxima parte locis suis mentionem fecimus, unum eorum Tabul. n.3. explanare aggreditur pag.2120.—2122. Qui numus argenteus, isque elegantissimus ad maximi moduli, multo antea in lucem emissus, capite autem Cereris, spicis & cornu Taurino eminentibus, sinistrorsumque inauri ornato, insignis, ejus in parte aversa Pegasum gerit, cujus inter crura ἐπιγραφὴ cernitur Phoenicia nempe 𐤁𐤀𐤓𐤀𐤕. Vide & n.4. ejusd. Tabulae. Ex iis ipsis autem litteris, quarum secundam & quartam pro τῷ א *Aleph*, Barthelemyus habet loc.cit. & quidem, sicuti ipsi illi videtur, novae formae, hanc sibi colligendam ratus lectionem est, nempe באראת *Bearath*, vel בארָאה *Bearah*. Quae sane falsa lectio quid significet, tam ancipitem animi doctum Academicum tenet, ut incertior quam antea esse videatur; adeo ut quoquo se vertat, nesciat, nilque definire ausit. At in ea incertitudine, numum ipsum ad aliquam referri Siciliae urbem posse, haud immerito suspicatur.

in genere doctrinae constituta difficultas, quae quasi ab ejus omnimoda explanatione nos arcere

---

Nam Philippo Parutae, *Siciliae Numismat.* Tabul. XIV. n.133. apud Sigebert. Havercampum, si auscultemus, quemque sequitur Petr. Burmannus Secundus *ad D'Orvillii Sicula*, Tabul. I. n.4. pag.280., Panormitanis adnumerandus hic numus esset. Atque illud ipsum est, de quo non sine aliqua contentione alii certunt eruditi viri. Quorum varias in numi ἐπιγραφῇ resolvenda sententias brevi enarrari video ab Cl. Joseph. Eckhel, loco paullo ante indicato part. I. Vol. III. pag. 415., at nihil, ut solet, definiente. Qui autem numum Panormitanis addicendum negent, vereor equidem, ut ego mihi statuo, ne labantur. Ut ut est; quid similius veri ipsa contineat ἐπιγραφὴν, expendam quoque, oportet.

Quum reperiri interdum Antiquarios videam, qui, licet repugnantibus ipsis monumentis, rectam viam insistere nolint; quemadmodum fuerunt, suntque etiam qui ne hanc litteram quidem X ad τὸ ק *Koph*, pertinere unquam posse negent; ita inventi aliquando sunt, qui ejusdem Phoenicio-Punici characteris in aliquot ἐπιγραφαῖς expressi, genuinam τῦ ק potestatem demum agnoscentes, secus atque antea de ea statuissent, constituendum jure merito existimarent. Et quidem Cl. Pellerinius, *Récueil de médailles de Peuples*, Tom. III. Tabul. LXXXVIII. n.6. pag. 20—22., in eam statim praeconceptam inductus opinionem, utramque illam, de qua modo quaerebamus, litteram ⊬, pro duabus א *Aleph*, prorsus sumens, eumdem cum ipso Barthelemyo, qui postea aliter censuit, erravit errorem. Quamquam eo vel maxime ejus inclinabat sententia, quippe magis similis veri, ut in ἐπιγραφῇ τὸ בקרקת esset legendum. Quo etiam vocabulo, absque sua praepositione ב *Beth*, expresso, nempe קרקת KARKATH, veterem Carthaginis appellationem contineri sibi videbatur, idque non sine ratione. Nihilominus tamen doctorum aliquot An-

videatur,cum ob ipsius antiquitatis obscuram notitiam,tum pro Phoeniciae gentis,quantumvis qua-

tiquariorum vel eamdem ipsam litteram ab τῦ ק classe excludentium, vel eam in controversiam vocantium, auctoritate permotus, hanc lectionem nihili habendam arbitratus tunc est.

Ac deinceps de hujusce litterae vera potestate rursum disputans, uti pag.424. notavi, ad priorem illam suam de τῶ קרקת lectionem referens sese, Carthagini urbi ipsissimum numum & alios duos, *Supplément I.* Tab. I. n.7. pag.15 — 25. ∽ *Supplém.III.*Tab. v.n.10 pag.118. ∽ *Lettres*,Epist.1.pag.32.not.) satius sibi esse duxit adjudicare. Quam ego lectionem eo magis lubens arripio, quod nullam aliam ἐπιγραφῆς rationi accommodatiorem, eamque veriorem esse intelligam, quae ad ejus characteres opportunius resolvendos aditum nobis faciliorem aperiat.Et profecto,si quae de hujusmodi litteris, nullo ferme discrimine a Cossurensibus praesertim inscriptis numis abeuntibus, animadversa supra sunt pag. scilicet 418— 427., in mentem revocamus; quantum ad verum utriusque characteris, unius ejusdemque formae, in hoc, de quo agimus, numo obvii, valorem bene assequendum conferant, nemo unus, opinor, non percipiet atque sentiet.

Quum autem haec sic disputo,non is ego sum,qui ejus generis numos nomine τῦ KARKATH integro signatos modo, modo una tantum littera nempe X, Phoenicio-Punica, vel altero inscriptos vocabulo,Carthagini arbitrer adcensendos. Hoc idem tamen permultis quoque Antiquariis placuit. Et, ut unum eorum heic commemorem, qui hac in re mira nobis obtrusit, & id genus ἐπιγραφῶν plane singulari modo est interpretatus, Augustinum Inveges, virum caeteroquin doctissimum nominabo. Atque is in *Carthagine Sicula*, Havercampo interprete, cap. III. Tabul. I. n. 1. & 7. ad extremum Tom.XII. col.8. & 9. *Thesaur. Antiquitt.*

quaversum olim diffusae, monumentorum, quae aetatem tulere, quadam paucitate. Quam quidem

Italiae & Sicil. Petr. Burmanni, inscriptionem עם מחנת *Aám Mahhanoth*, de qua superius dixi pagg. 567–570. 572. seq. 576., praepostere legens KAKKABE, eamque ad suam *Caccaben*, seu Africanam Carthaginem perperam trahens, eidem civitati hos adscribendos esse numos qua jure, quave injuria, Cl. vir ne minimum quidem dubitavit. Verum non est hujus & aliorum error ferendus, qui ea opinione ducti, Carthaginem τῆ KAKKABE Punicam antiquitus sortitam appellationem fuisse, (quae opinio, praeeuntibus Solino in *Pŏlyhistore* cap. XXVII. cum *Exercitatt. Plinian.* Salmasii in eumd. pag. 228., Stephano Byzantio *De Urbibus*, voce Καρχηδὼν, & Eustathio in Dionysii Alexandrini Περιήγησιν οἰκουμένης, sive *Enarrationem Orbis*, vel *De situ Orbis* libellum, interprete Henr. Stephano. edit. 1577. pag. 30. seqq., multorum fuit doctorum hominum, a quibus enumerandis, brevitatis ergo lubens abstineo) eamdem in primis ἐπιγραφὴν non aliud exprimere, quam illud ipsum Carthaginis vetustissimum nomen, commenti sunt. Quae tamen τῆ KAKKABE ineptissima lectio quonam pacto erui ex ipsis Phoenicio-Punicis aliter omnino ferentibus litteris possit, nequaquam video. Id equidem nemo obtinebit; eoque magis quod haec lectio cum hac & illa ἐπιγραφῇ manifestissime pugnet. Quidquid vero de origine ac significatione vocis KAKKABE, statuatur post Bochartum in *Chanaan* lib. I. cap. XXIV. pag. 514. seq., id omne ad veram epigrammatis lectionem eruendam nihil omnino confert.

Quam vellem sane cum altero eruditissimo viro, cujus ego hac in re plurimi facio judicium, mihi daretur, ut sentire quirem! Is ille est Perezius-Bayerius, qui *Del Alfabeto y Lengua de los Fenices* pag. 376–378. hac ἐπιγραφῇ τὸ בארצת *Birtsath*, contineri putat. Quo vocabulo illam Carthaginiensis urbis partem fere me-

difficultatem si superari posse aliquando nobis daretur, nihil esset in hisce resolvendis litteris, quod ex animi sententia non succederet.

---

diam doctissimus Hispanus intelligit, quae Strabone auctore, *Rerum Geograph.* lib. XVII. pag. 1189., al. 833. (vide sis & Appianum Alexandrin. *De bellis Punic.* cap. I. Tom. I. pag. mihi 2. & not.) BYRSA dicebatur, alias *Busra*, aut *Bosra*, vel *Botsra*, בצרה, h.e. *Munimentum*, sive *locus munitus*. Arx enim erat Carthaginis, uti Romae CAPITOLIUM, Trojae PERGAMA, CADMEA Thebis. Quam in rem adi sis Samuel. Bochartum, loc. cit. pag. 512. seqq., & lib. II. cap. X. pag. 816. = Abbat. Pinartium *Sur le nom de BYRSA donné à la Citadelle de Carthage bâtie par Didon*; in *Histoire de l'Académ. des Inscriptions*, Tom. I. pag. 150 – 152. = Ludov. Caspar. Valckenaeri *Dissertation. de Byrsa Phoenicio arcis Carthaginiensis nomine*; Nov. Acta Erudit. Lips. mens. Febr. an. 1742. pag. 65 – 70.

Juvari sane haec eruditi Bayerii postrema lectio, modo ut in ipsam ἐπιγραφὴν cadere re ipsa quiret. Nam etsi secundum & quartum elementum hastam sic describat duplici transversam lineola, sed dextrorsum clausa, uti τὸ ☩, seu ipsum א *Aleph*, ductu suo aliqua ex parte imitari videatur; ad utramque tamen eamdem litteram ☩, seu ק *Koph*, ne vix quidem transferri, cum altera vero צ *Tsade*, componi nullo unquam modo potest.

Accedit, quod Poeni illam urbis suae arcem non τῷ בארצת *Bearsoth*, sicut esset legendum, vel, ut ego non repugnem, si mavis, *Birſsath*, vel *Bortsath* nomine vocassent; sed potius eam appellassent, atque scribendo, τὸ בצרה BOTSRA dixissent. Sic enim apud veteres Hebraeos vox ipsa perpetuo descripta habetur, & cumprimis ita legitur de *Munimento*, seu arce Moabitarum, uti docti sentiunt Interpretes ad loca Jeremiae XLVIII. 24., & Jdumaeorum, Esaiae XXXIV. 6. = Amos I. 12. Mitto quod fortasse erunt, qui quoque animad-

Et quia vere illud affirmare posse mihi videor, quo quidque praestantius, eo difficilius atque la-

vertant, τὸ בארצת, nempe *In terris*, proprie significare. Cujus sane vocis significatio quantum ab Cl. Hispani conjectura abhorreret, quis non percipiat? Quum vero res sese habere ita mihi videatur, haud equidem intelligo, quare ἐπιγραφῆς lectionem בקרקת *Bikarkath*, quippe ad Phoenicio-Punicarum litterarum ductum & habitum accommodatissimam, nihili penderemus? Contra vero eam omnino tenendam arbitror esse. Quid enim τὸ קרקת *Karkath*, a Poenis Carthaginiensibus, patria sua lingua sic expressum, aliud esse, vel meo judicio, potest, quam vox ipsissima Καρχηδὼν, sed Graeco more inflexa, Latinis autem scriptoribus CARTHAGO, licet corrupte pronunciata, immo etiam CARTACO, ut ex celeberrima COLUMNA ROSTRATA in Capitolinis adservata aedibus, & DUILIO posita, efficitur. Atque quod Graeci, dulcioris soni gratia, Africanam urbem Καρχηδόνα dixissent, nihil sane obstat, quo minus ipsius Carthaginis nomen in hac appellatione agnoscamus. Levissima namque litterae Phoenicio-Punicae *f*, seu ת Hebr. in δ *Delta* Græc., quippe unius ejusdemque, ut ajunt, organi, permutatione inducta, perigrinae linguae vocem ad suam eosdem accommodasse, nihil mirum. Nam utriusque & Punici & Graeci vocabuli analogica ratio ita comparata est, ut ex illa voce factum hoc ipsum verbum esse, demonstrari videatur plane ad veritatem.

Qua sane litterae utriusque immutatione semel admissa, quae reipsa admittenda est, uti moris erat Graecorum cumprimis, in propriis caeterorum populorum efferendis nominibus; quod ostendit Bochartus, loc. cit. *Chanaan* lib. I. cap. I. pag. 362., multaque etiam apud Latinos scriptores exempla produnt: nemini profecto mirabile videbitur, si τὸ קרקת ipsummet Carthaginis nomen Punicum prae se ferat antiquissimum. Quam-

boriosius esse ; quid mirum , si Antiquariorum neminem , qui in hoc versatus sit studio , inve-

---

quam a nemine veterum scriptorum hactenus illud observatum video . Litteram autem ב *Beth* , τῷ קרקת praefixa , in obliquo casu , ut loquuntur Grammatici, pro *particula praepositiva* accipiendam esse , quotus autem quisque est , qui nesciat ? Quam quidem Carthaginis appellationem ob arcem suam,qua vel maxime firmata esset, hanc illam urbem , Romae aemulam , sibi adscivisse opinarer . Nam quod eadem appellatio קרקת , Carthagini ipsi apprime conveniret , locumque munitum exprimere videatur , suadere quodammodo potest Chaldaica vox ad illam quam proxime accedens , videlicet קרקום *Karkom* , Haebraeis מצור *Mitsor* , quae *Munimentum* , sive *propugnaculum* significat.

Graeci igitur scriptores Carthaginem urbem nomine Καρχηδόνις appellantes , non ex CARTHADA , uti Bocharto & Salmasio , locis ante indicatis, placuit , derivarunt ; sed ad ipsam τῷ קרקת *Karkath*, nomen respexisse dicendi sunt. Qua in re propterea ii laudandi jure ac merito mihi videntur , quod veterem Carthaginis Punicam appellationem in τῷ Καρχηδὼν servantes , etsi more inflectentes suo , ad ἐπιγραφῆς , de qua disputamus , veram intelligentiam,ejusque genuinam lectionem assequendam,viam nobis tutissimam praemonstrarint , aperuerintque .

De caeteris autem nominibus , quibus Phoenicio-Punice appellata Carthago fuerit, brevitati omnino consulere coactus, (nam multa supersunt etiam exponenda , quae in pauca contrahere equidem vellem) mitto alia dicere. Interim vide sis superius pag. 265. 315. 381. 570. seq. Cui vero volupe erit plura hac de re habere , consulat Bernard. Aldretum , *Varias Antiguedades de España, Africa* , &c. lib. I. cap. XLII. pag. 172. lib. II. pag. 187 — 191. = Samuel. Bochartum in *Phaleg.*, lib. III. cap. VII. pag. 190. ∽ in *Chanaan* , loc. paullo supra in-

nire hactenus liceat, qui reipsa excelluerit? Nam si quisquam eorum, de quibus sermonem insti-

dicato. = *Histoire Univers.trad.de l'Anglois*, Tom. XI. lib. III. cap. XXXVII. sect. I. pag. 591. seqq. & sect. III. pag. 611.

Qui tamen Cll. eruditi Angli falsi in eo sunt, quod Bochartum perinde disserentem inducant pag. 592., ac si eorum sententiam ipse minus probasset, qui Carthaginem vocatam antiquitus fuisse חדרי ענק *Hhadre Anak*, i.e. *Sedem Anacaeorum*, defenderint. Bochartus namque quum in ea opinione totus sit in *Chanaan* lib. I. cap. I. pag. 362. seq., ut בני ענק *Bene Anak*, i.e. *Filios Anak*, seu *Anacaeos*, de quibus Numer. XIII. 29. 34. & alibi mentio fit, & Phoenices & Punicos, vel Poenos pro iisdem habeat; ipsi vero Phoenices se *Bene Anak* בני ענק, seu Anacaeorum filios credi voluissent; ex eo colligit, quod Carthaginem a se conditam nominarint חדרי ענק *Hhadre Anak*, i.e. *Sedem Anacaeorum*. Quod confirmat Plautus in suos POENULO, Act. V. Scen. II. vers. 30. Haud indubia ergo hoc in argumento est Bocharti sententia; atque ita, ut quum a Phoenicibus Carthaginem conditam jure existimarit, ipsam profecto dici potuisse חדרי ענק *Sedem Anacaeorum*, non modo non negarit, sed & adseruerit, prorsus oportet; tantum abest, ut secus censuerit. " Quamvis enim, ait ille, Phoenicum paucos ex Anacaeorum familia vere ortum duxisse, non eam inficias; tamen gentis celebritas multis suadere potuit, ut ab ea natales suos conarentur arcessere." Quid? quod in singulis gentibus, subjungit ille, id fere tralatitium est, ut nomen sortiantur a parte sui nobilissima ". Sed de hac altera Carthaginis, aliisque vetustis, variaque aetate receptis appellationibus nimio plus fortasse multa.

Etsi igitur haec τῷ קרקת *Karkath*, peculiaris ipsius Charthaginis esset appellatio, quam numi ἐπιγραφὴ planissime commonstrat, attamen non Carthagini, sed

tuimus, revera excelluisset; haud sane video, quid nobis, post tantam ab hoc aut illo Antiqua-

---

in Sicilia Carthaginiensi numum percussum fuisse, quare rursus defendam, ex ipsa littera 9, seu ב *praepositiva*, ut paullo ante ajebam, colligendum arbitror. Haec autem sic interpretanda mihi videtur, ut sensus ejus sit: = *Pro Carthagine*, vel *in Carthaginis gratiam*; nimirum huic Matri urbi, seu Metropoli, pro imperii sui dignitate obsequendi ergo, inscriptum numum dicerem. Verumtamen a Siculo-Carthaginiensibus haud dubie, multo autem verisimilius, ne dicam certius, ab ipsa Panormo, Siciliae Punicae urbe domina, percussum fuisse numum, sicuti superius posui, plura sunt quae sane efficiant. Nam quod illius potissimum aetatis, qua Carthaginienses sui juris essent, numi Φοινικῶς descripti ad ipsam Carthaginem proprie spectantes nobis supersint, & quidem tanti artificii, tantaeque elegantiae, ut nihil magis; vix affirmare, defendere autem ne vix quidem auderem, sicuti de ejus generis numis pag. 524. & 525. ipse adnotabam. Adde & Cl. Joseph. Eckhel, *Doctr. num. vet.* part. I. Vol. IV. pag. 136. Quod utique de aliis Phoenicio-Punicis numis dicendum mihi videtur, de iis quoque tam anepigraphis, quam una tantum littera, sive X, sive ש inscriptis, & capite equino ex una parte, & ex altera, arbore palma insignitis, quorum non nullos ad manus habui, & Antiquarii multi, ut Paruta, ut Gessnerus, ut Rasche & alii mentionem faciunt. Quos numos in Sicilia Punica cusos fuisse, nil ferme video ab doctis traditum hominibus, quod huic sententiae prorsus adversetur. Quod autem Panormum cumprimis, coloniis Carthaginiensium ab antiquissimis frequentatam temporibus, in numis suis etiam minoris elegantiae, atque rudioris caelaturae, typos & symbola usurpasse, quae Carthaginis essent propria, nemini mirum videbitur, quem haud lateat illa coloniarum mos communis, quibus ni-

rio adhibitam industriam, tantumque praesidium ad Phoeniciam penitius introspiciendam littera-

---

hil esset sanctius, quam patriae majoris uti symbolis.

Jam de Carthaginiensi ἐπιγραφῇ satis multa disputavi. De duobus vero alteris in ejusdem Diarii Eruditorum Paris. 1763. Tabul. n. 8. & 10. ab Barthelemyo productis numis, & pag. 2129. ibidem expositis, iisque לבקס *Le-Bokus*, i. e. BOCCHI Regis nomine signatis, cum hanc lectionem, repugnantibus licet, sed injuria, Swintono, Pellerinio ac Dutensio, ne minimum quidem revocari in controversiam posse, superius pagg. scilicet 525—532. 534—538. explicate ostensum a me sit; actum equidem agerem, si rursum illam defendere conarer. Sed quid Cl. Barthelemyus in caeteris, quos sibi assumpsit ad enucleandos, Phoenicio-Punicis numis studii collocarit atque operae, perbreviter absolvamus. Ad illam igitur, cujus passim mentionem jam fecimus. Cl. Oliverio Gallice, inscriptam Epistolam nos ut aliquantum denuo accedamus, instituti poscit ac exigit ratio.

Et quoniam illas sive numis, sive lapidibus Φοινικῶς inscriptas ἐπιγραφὰς, quas Tabulis quinque hujus suae Epistolae Cl. Barthelemyus complexus est, ferme singulas attigimus, pagg. 93. 116—118. 121. 123—125. 146—153. 155. 164. seq. 198. 502. 514. 521. 529. seq., in una idcirco a nobis hucusque non animadversa, nos continere satis erit. Hanc vero ex Tabula V. n. 9. argenteo numo parvi moduli, is ipse protulit post Pellerinium, *Recueil de Médailles . . . Peuples*, Tom. III. Tabul. CXXI. n. 19. pag. 153. ∽ *Supplément IV.* Tab. III. n. 14. Hic porro numus ab antica, caput muliebre obversum, expansis capillis, monili baccato ornatum, prodit; ab postica, Pagurum sistit, sive Cancrum marinum, & in imo exergo epigraphen Phoenicio-Punicam, nempe 𐤌𐤈𐤓𐤀 seu מטרא, *Mathera*. Ad quam quidem lectionem etsi nos quasi manu duxerit Barthe-

turam paratum, atque oblatum, esset reliqui, quod ab ea animo probe comprehendenda nos

---

lemyus ipse; in doctissimo tamen viro illud non probo quod tertia inscriptionis littera ᒣ, sit ne ד *Daleth*, an ר *Resch* in quaestionem vocet. Nam τὸ ᒣ si pro ד accipiamus, quonam demum pacto ex ipsa ἐπιγραφῇ vel *Madaurensis* oppidi, Apuleji Philosophi natalibus celebrati, & ad Numidiam certo spectantis, vel *Materensis*, de quo unus Plinius mentionem facit, *Hist. Nat.* lib.v. cap.IV. edit. Harduin. pag.248., atque in Byzacena ferme mediterranea, sed, ut mihi videtur, haud procul ab maritimis oris ponendi; quemadmodum, inquam, hanc Cl. viri lectionem ad alterutram pertinentem Africae civitatem, unquam colligemus? Neutram profecto obtinebimus. Quia vero ejusdem litterae ᒣ, seu ד, Palaeographica satis explorate cognita ratio est; nihil erat caussae, cur in genuina ejus constituenda potestate Barthelemyus dubio fluctuaret animo. Secunda quoque inscriptionis littera, cum ad τῦ ד *Daleth*, vim ac potestatem trahi nullatenus possit; neque sit, quod de vero ejus valore dubitare liceat, ut modo declarabo; τῦ MATHERA, sive MATERA, lectionem teneamus, oportet. Quam Matheram, eamdem atque MATERENSE Plinii oppidum, illamque a *Materianensi* civitate in Byzacena provincia, Episcopali olim insignita sede, sicuti in notitia habetur Africae Ecclesiasticae, & a Victore Vitensi, lib.IV. *De Persecutione Africana &c.* pag.mihi 65., proditum memoriae est, non esse distinguendam, facile opinarer; quamquam Carolus a Sancto Paulo, Holstenius, Harduinus, doctique alii viri nihil ea de re statuerint.

Quod igitur MATHERAE jure ac merito adscribendus numus sit, ex ipsius inscriptionis secunda potissimum littera, nempe ט, arbitror colligendum, plane ad veritatem. Haec enim littera ad Hebraeum fontem prorsus revocanda, ecquam forma sua exhibere aliam,

amplius detineret. At longe aliter est. Adeo perfectam hujus scientiae laudem adipisci maximi

potest, nisi ipsum inet characterum Hebraicum ט *Teth*, licet inverso, seu a dextera ad laevam ordine scriptam? Idque tam manifeste patet, ut qua praeconcepta opinione Cl. Pellerinius hanc litteram ad plane diversam transferre classem sibi somniarit, non equidem intelligitur. Atque is ille est in Barthelemyi lectionem ita male animatus, ut nihil non moveat, *Supplément IV.* pag. 97 – 99., quo hanc secundam ἐπιγραφῆς litteram ipsius ש *Schin*, vel *Sin*, vicibus fungi, propugnandum sumat. Magni enim argumenti numero ducit esse, quod illud elementum τῷ Hebraeorum ש FERME per omnia sit simile, = *d'une forme*, ait ille, PRESQUE *toute semblable*. Quasi in Phoenicio-Punicarum litterarum dignoscenda, atque constituenda potestate, & earum ductus & flexus & apicum, quibus ad invicem distinguuntur, habenda nulla esset ratio. Quasi quoque illa lineola modo recta, parumperque inclinata modo, eaque intermedia, qua τὸ ש *Schin*, sive *Sin*, Hebraicum describitur, ipsamque litteram ט *Teth*, formam suam in ἐπιγραφῇ inversam tantum induentem, ab altera vero apertissime discernit, ad hanc litteraturam animo benè comprehendendam nihil conferret, nulliusque momenti esset ac ponderis. Quo animadverso, hujusmodi litterarum rite eruendarum caussa, τὸ FERME Cl. Pellerinii illud ipsum est, quod per quam levissima, ne dicam inepta sit ejus conjectura, palam efficiat.

Frustra igitur Pellerinius contra nititur, cum Barthelemyo in utraque littera apprime distinguenda diligentissimo, dicam, & sane quam immerito impingit, ejus vero lectionem sic reprehendit, ut alteram nobis obtrudendam veniat, nempe משרא *Maschara*. Quò quidem nomine Carthaginienses illam Siciliae urbem olim designasse ipse comminiscitur, quam Graeci & Latini scriptores τὸ Z in locum τοῦ *Schin*, vel *Sin* Phoe-

est operis, ut non dicam, summi laboris. Quod incommodum unde manarit, jam satis declaravi.

---

nicio-Punici sufficientes, MAZARAM appellarint. Ejus ergo sententia numus, de quo agimus, Mazarae Siculae esset omnino addicendus, adjudicandusque. At vero, si hac epigraphe *Mazaram* significari Poeni voluissent, quare eamdem Siciliae civitatem τῆ משרא *Maschara* potius, quam τὴν מזרא *Mazara* appellatione indicassent, equidem non video; quibus profecto littera ז *Zain*, notissima erat, uti ex numis Phoeniciis Mazacensibus, atque egregio Borgiano numismate, Jovi Tarsensi inscripto, de quibus paullo post disseram, abunde demonstratur.

Sed enim, ut huic suae singulari lectioni Cl. Pellerinius suffragetur, ad celerem, atque multo breviorem veteribus Carthaginiensibus usu receptum, litteras suas uno solo ductu describendi modum nos provocat. Qua in re multa turbat; eaque ita turbat, ut nihilosecius rem sine ullo discrimine expedire credat; perinde ac si nullo illius lineolae intermediae habito respectu, quae litterae ש *Schin*, formam genuinam οὐσιωδῶς *essentialiter*, constituit, Poeni ipsi eam ipsam delineassent, quae sua conformatione ad τοῦ ט *Teth*, figuram in ἐπιγραφῇ accedere videretur. Quae de litteris Phoenicum disputandi ratio si unquam valeat, nihil sane erit in eorum Alphabeto, quod ad libitum pervetere non possimus. Quid autem abhorreat, nisi hoc non abhorreat a nativa litterae ש *Schin*, indole, atque configuratione? Nam si ejusdem litterae, lineolae suae intermediae ope ac subsidio, ab charactere ט *Teth*, distinguendae modum sustulerimus; eadem methodo, sed uno arbitratu nostro, omnem rei litterariae pervertemus Phoenicio-Poenorum.

Igitur, quam principio posuimus ἐπιγραφῆς lectionem, ipsam teneamus. Haec enim cum una sola admittenda sit, quippe quae litterarum, quibus inscribi-

Atque hoc quidem quamquam ejusmodi est, facile ut intelligatur quid in eo perficiendo stu-

tur, rationi aptissime accommodetur; concidat, ruatque funditus, necesse est, alterius numi, quem Pellerinius protulit, *Recueil de Méd. de Peupl.* Tabul. CXXI. n. 18. & *Additions aux Recueils des Médailles*, pag. 38. seq. ab se prolata expositio. Nam hunc numum, Phoenicio-Punicam inscriptionem duabus primis signatam litteris ט, item inverso exaratis, exhibentem (si Pellerinii ectypo fides adjungenda est) aliorsum prorsus atque ad τὸ *Sousatz*, seu Tunicensem SOUSAM Africanam, ut ille idem contendit, spectare pro certo habendum existimo. De tertia quoque ץ ejusdem ἐπιγραφῆς littera quanto in errore versetur Pellerinius, supra est fuse demonstratum, cum numi Boccho Regi inscripti mentionem faceremus.

Neque audiendus Pellerinius est, quicquid de altera littera ט, licet in contrarium versa, sed, meo judicio, formam τῦ ט *Teth*, manifestissime aemulante, atque ab ea neutiquam distinguenda, ille ipse etiam scripserit, *Lettres &c.*, Epist. I. Tabul. III. n. 41. 42. pag. 38. & 39. Quum vero haec de eodem Punico charactere a nobis hactenus disputata, ita se se habeant; nihil ergo esse censeo, quod repugnet, quo minus Materensi Plinii oppido alteros duos adjudicemus numos a Pellerinio, locis cit. productos, Tabul. videlicet CXXI. n. 20. & *Supplém. IV.* Tab. III. n. 15. Sunt autem numi typo ex utraque parte ab duobus aliis n. 16. & 20. superius indicatis, plane diversi. Horum antica caput quidem item obversum, sed virile ostentat, facie plena ac rotunda, & lingua per os exserta. In postica conspicitur palma frugifera, cum ἐπιγραφῇ, nempe מטרא *Mathera*. Hoc uno tamen discrimine utraque sese offert inscriptio, quod tertia littera ר *Resch*, modo ad formam τῦ ﬡ figuram, seu τῦ K inversi, quam proxime accedat, quemadmodum supra est adnotatum pag. 448— 450. & 454.

dio desiderandum adhuc nobis sit ; non is tamen ego sum, quin iisdem illis Antiquariis plurimum

Atque iis de hoc Matherensi, sive Materensi numo expositis, ad cujus ἐπιγραφῆς intelligentiam nobis iter veluti stravit Barthelemyus ipse, de quo viro clarissimo ejusque in has litteras egregiis meritis, hactenus satis diximus ; ut propositum teneamus nostrum, Amplissime Cardinalis STEPHANE BORGIA, ipsum illum eruditum Joseph. Pellerinius rursum adeundus nobis est, ut ex ejus in Φοινικῶς inscriptis explanandis numis industria, qui demum percipi fructus possit, magis magisque intelligamus.

Sed, ut occasio data est, quum superioribus adnotationum paginis 424. 438. 442. seq. 449 —455.471 — 476.479.481.486.488 — 490.511. seq. 521.523.seq. 527 —531. 534 —536.538.545.578 —580.583.seq.591. 593— 595;quum,inquam, iis in locis de id genus aliquot ab se more suo explanatis Phoeniciis monumentis quid nobis videretur, satis aperte, animo certe soluto ac libero declaraverimus;restat,ut quibus se & ingenii & doctrinae,atque industriae praesidiis in aliis paucis enodandis numis Cl.vir munierit, nos angustioribus tamen veluti finibus coarctantes, brevissime expendamus.

Perplura sane egregiis in suis veterum numorum Συλλογαῖς decem in — 4to., ut ajunt, comprehensis Voluminibus Gallico sermone conscriptis,jamque a nobis accurate superius indicatis, Cl.Pellerinius in lucem edidit, quae ad nostrum argumentum apprime faciant. Utinam tamen semper ea diligentia atque cura,ut propter tot epigrammatum Phoenicio-Poenorum fidem jure merito celebrari quirent!Quae tamen singula quanto ad ipsos Phoeniciae litteraturae dignoscendos fontes adjumento sint, unus nemo non percipit. Haec autem iis juvandis atque ornandis literis,quo tota haec nostra collimat disputatio, si nihil conferre dicerem posse; in reprehensionem haud immerito incurrerem doctorum

tribuam. Habeo autem, cui plusquam iis ipsis debeam, neminem. Et sane horum multa in has

---

virorum. Immo vero contra, tam ab hac temeritatis reprehensione abesse me, certo scio, uti qui nostra haec legent, qualiacumque sunt, ab ea me invidia perfacile sint liberaturi.

Attamen, quanto ille majorem nobis horum monumentorum copiam fecit, tanto eamdem plenius illustrasset litteraturam; si conjecturis sobrius indulgens suis, uni Phoeniciae dialectus proprietati animum studiosius intendisset. Quod caput quoque est; si in ejus generis enucleandis ἐπιγραφῆς, ad Phoenicio-Punicae Palaeographiae rationem animo comprehendendam, majorem operam contulisset, atque studium. Qua diligentius explorata, eaque bene percepta, nil ad rem suam aptius fecisset, atque accommodatius. Iis autem vel prorsus neglectis, vel non satis consideratis rebus, non est quod miremur, Cl. Pellerinium majoribus intentum argumentis, id genus litterarum interdum veluti alia agentem, tractasse; perplura idcirco in iis turbasse, atque involvisse. Quamquam de iisdem litteris multa suis in Syllogis ab se animadversa intelligo, quae antiquam hanc eruditionem & illustrent & juvent.

Doctissimum equidem Barthelemyum in hoc genere litterarum tantum abest, ut omni exsolverim errore; ut contra, quae ab se minus recte disputata, quantum ego existimare possum, ea de re sunt, palam reprobanda censuerim. Nemo tamen in iis etiam suis de hujus aut illius Phoenicio-Punici elementi genuina potestate dubiis sententiis, plus opis ad praeclaram hanc, licet difficillimam, assequendam litteraturam contulit: nemo in ea plura dilucidavit, quam Barthelemyus ipse. Neque illud me movet, quod tam saepe ei adversari, tam raro adsentiri Pellerinius videatur; uti ex iis intelligitur, quae ille idem & alii in ipsum Barthelemyum animadvertenda putarunt, *Supplément IV.* pag. 60 —

litteras exstant praeclara merita. De aperiundis namque ejusdem litteraturae fontibus magnope-

---

70. 73 — 102. Quo autem jure, quave injuria is ipse, vel illi fecerint, suis ego locis ostendi. Neque omittenda quae eadem de re haud immerito, at paucis observarunt Cll. auctores Diarii Eruditorum Paris., seu *Journal des Sçavans*, mens. Maii 1768. edit. in — 12mo pag. 1035. — 1045. Id se forsitan commodi consecuturam loc. cit. speravit Cl. Pellerinius, ut Barthelemyum hoc in genere scientiae, sive suo, sive aliorum nomine, passim castigando, meliora, atque certiora nobis daret. Quam vellem equidem, res ex sententia ei semper cessisset! At enim haud semel aliter accidit; atque ita, ut novis ipse servire commentis videretur. In iis namque, quae cum hac litteratura conjunctissima sunt, atque ejus adeo propria, ut illa ipsa non sine discrimine a vero tramite deviandi relinquamus, quaeque Barthelemyus bene enarrarat, si ejus vestigiis semper institisset Pellerinius; certe, meo quidem animo, ab hoc & illo, in quem ego ipse, ut instituta poscebat ratio, saepius animadverti, non uno sese eripuisset errore. Is ille, inquam, qui de Barthelemyi ad eas promovendas, atque ornandas litteras egregiis conatibus ut ingenue, ita vere scripserat, *Recueil de Médailles de Peuples*, Tom. III. pag. 135. ∽ *Supplément III.* pag. 33., & alibi.

Ac ego quidem Cl. ipsi viro iniquus essem, si vel tacerem, vel ignorari sinerem quae scire praeclarum est: videlicet in suis Phoenicio-Punicis exponendis epigrammatis, aliter atque Barthelemyus fecit, nihil nisi placate, nihil nisi modeste, atque moderate cum adversario suo, a quo vel maxime saepe dissentiret, perpetuo egit. Qui sane disputandi modus in Cl. Pellerinio ad permaturam senectutem anno 1782. vita functo, praestantem virum, etiam me tacente, magnopere commendat.

Quod autem sibi monumentorum haud pauca epi-

re solliciti, etsi quod in iis investigarent, non semper assecuti sint; haud pauca tamen, quae in

grammata, quae, nisi ipse ille vulgasset, adhuc delitescerent, quaeque non erant aperta, non satis fuit explicare; non equidem eum reprehendo. Hujus generis sunt quae exhibentur, *Rois*, Tom. I. *Avant-propos.* pag. 1. ∞ *Peuples*, Tom. III. Tabul. XC. n. 1. pag. 30. — 32. 172. (Quos numos *numeralibus* ead. Tab. signatos notis, ad Aradum spectare, erudite observat Cl. Pellerinius) = CXIX. n. 1 — 24. pag. 137 — 141. ıı CXX. n. 2. & 3. 12 — 14. pag. 143. seqq. = CXXI. n. 15 — 17. 21 — 27. pag. 150. seq. = CXXII. n. 1 — 12. pag. 155. seq.

Age vero, quemadmodum unum aut alterum eorum numum, quorum nullam, vel ferme nullam mentionem hactenus fecimus, Cl. Pellerinius explicare aggressus sit, brevibus declaremus. Percurramus ergo eorum aliquos, *Peuples*, Tom. III. Tab. CXX. n. 2. & 3. ab se vulgatos nummos. Principio enim Cl. Pellerinium in eam quam maxime adductum pag. 145. sententiam video, ut utriusque numi Punico-Numidicam ἐπιγραφὴν ab illa, de cujus lectione jam disserui pag. 518 — 522., quaeque in Regis Jubae Senioris numo expressa habetur, nihil prorsus discrepare existimarit. Quae tamen viri opinatio quam falsa sit, ut demonstretur, utrumque describamus numum oportet, quem forte fortuna ex Cl. viri Alexandri Recuperii scriniis ad manus habui. Atqui horum alter in adversa parte, Jovis Ammonis capite insignitur; & in aversa Elephantem gradientem exhibet, ad cujus verticem epigramma comparet Punico-Numidicum, quod non aliis, atque hisce Hebraicis litteris, nempe תסכבעם *Tuscubaás*, vel (si mavis, & ut magis placet, τῷ ע *Aaïn*, ad τῦ *Hhiriq*, seu *vocalis I* sonum pronunciato) *Tuscubeis*, vel *Tuscubis*, bene exponi posse, mihi videre videor. Quid autem illud sit τὸ תסכבם *Tuscubis*, n. 3. quoque numo, iisdem plane elementis inscriptum, mox dicam. Qui quidem nu-

plena ante jacebant obscuritate, vel minus perspecta erant atque explorata, e tenebris in lucem ex-

---

mus alter in antica vultum repraesentat virgineum, capite exuvjis tecto Elephantinis; in postica autem Leonem item gradientem pandit, eamdemque ἐπιγραφὴν, duabus sistit comprehensam lineolis. Quas secundi versus litteras *numerales* esse, annumque, quo editus numus fuerit, indicare, nihil est quod habere aliquam dubitationem possit. In quibus tamen expediendis litteris, quas ut explicarent, sed frustra, eruditi viri nihil inexpertum reliquerunt, aquam sane mihi haerere, ultro fateor. At enim cavendum mihi semper existimavi ab iis declarandis esse elementis hujusmodi notas *numericas* exprimentibus, quarum vera significatio, quidquid de iisdem Cl. Swintonus statuerit, haud satis explorate perspecta sit; neque committendum, ut quod in re tam obscura, atque impedita versatur, unis conjecturis evolvere unquam aggrediar. Quare ad priorem redeo utriusque numi ἐπιγραφὴν, cujus interpretatio tantam Antiquariis crucem fixit, ut ab eorum nemine bene explicatam hactenus videam. Hanc autem, quemadmodum se habet, arbitror exponendam hisce Hebraicis litteris, scilicet = תכככעס. Enimvero si ad earumdem litterarum, de quarum genuina potestate ex aliis Numidico-Punicis monumentis jam nobis satis constat, rationem ipsa ἐπιγραφὴ recte exigatur; nihil aliud, mea sensentia, aut permultum ego fallor, quicquam dicit, nisi illud Africanum in Zeugitana mediterranea oppidum, cujus meminit Ptolemaeus, *Geograph.* lib. IV. cap. III. pag. mihi 112. Hancque Τουκκάβις nomine appellat, & ad Longitud. grad. 35. 30. Latitudin. vero 28. 10. ponit. De quo *Tuscubis* oppido, uti Latini eam vocant, vide sis Cellarium, *Notit. Orb. antiq.* lib. IV. cap. IV. §. LXIII. pag. 891.

Atque de altero numo n. 3., cujus anticae caput Elephantinum dixi, non est quod moneam, id genus

citantes, vel novo collustrantes lumine; haud incertum iter ad laudabilia haec studia nobis pararunt.

---

capitis erectam modo proboscidem, modo curvam in numis pro casside ferentis, Africae symbolum exhibere, quod Antiquariorum doctissimi bene observarunt, & cumprimis Gisbert. Cuperus, *De Elephantis in numis*, exercit. II. cap. III. *Nov. Thesaur. Antiquitt. Roman.* Albert. Henr. de Sallengre, Tom. III. col. 120. seqq. Qui quidem Cl. Cuperus de hoc & altero, quem recensui, numo nihil plane habet.

Interim hoc unum dicam, quod si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vindicare: nimirum ex illa falsa Pellerinii opinione, tam Jubae Senioris numo, tabul. ead. n. 1. producto, quam duobus sequentibus, Numidico-Punicas inscriptas litteras ne minimum quidem, uti ipse minus recte contendit, discrepare; quicquid de hisce numis scripsit doctus Antiquarius, illud omne ab eorum ἐπιγραφαῖς non solum alienum est, sed & iis prorsus absonum. Quod ex uno tantum iisdem in numis expresso illo ipso elemento, nempe 2, seu ס *Samech*, evidentissime liquet, sed a Pellerinio modo ut י *Jod*, modo ut *Tsade*, צ vel ut ש *Schin* & *Sin*, perperam lecta. Adeo ad hujus litterae definiendam potestatem ipse instabilis fuit, uti pag. 521. adnotavi. Eo tamen, quamquam inani argumento & litteris illis in iisdem, quos commemorabamus, numis unum eumdemque, quemadmodum sibi videbatur, habitum induentibus, Pellerinius fretus, id sibi licuisse putavit, hos & alios quoque numos, *Peuples*, Tom. III. Tab. CXX. n. 12. 13. = CXXI. n. 15. 16., in Mauritaniae urbe regia, dicta JOL, postea vero a Juba filio in Augusti honorem CAESAREAE nomine appellata, percussos fuisse. Quod commentum rursus & iterum defendendum sibi sumit loc. cit. pag. 151. seq. ∽ *Mélange*, Tom. I. Tabul. IV. n. 7. pag. 143. seq. ∽ *Supplém. IV.* pag. 88. seq.

Atqui id ego aliter longe judico esse, nihilque

Id ergo beneficii ab eorumdem Antiquariorum conatibus, quicumque eorum lapsus tandem fue-

tale effici ex iis ἐπιγραφαῖς posse censeo, quas prae se ferunt & ipsius Jubae Senioris numus, de quo superius sat copiose dixi, & alii duo TUSCUBIS oppido adcensendi. At vero quid praeterea caeterorum numorum secum importet ἐπιγραφὴ, quod Cl. viri Pellerinii conjecturae de iisdem urbi JOL adjudicandae, praesidio sit, haud equidem intelligo. In utroque autem praesertim numo, Tab.CXXI. n. 15. & 16. ex parte aversa, id unum lego, videlicet ᛚ O2Y, sive נסעג *Nisuaág*, ultimo elemento lecto uti ג *Ghimel*, quemadmodum in *Tabracensibus* illud habuimus numis, de quibus pag. 530. Quae vox, quocumque demum efferatur sono, quid aliud esse potest, nisi Africae proprie dictae civitas ipsa illa ab Ptolemaeo, *Geograph.* lib.IV. cap.III. Νίσσα nuncupata, quam in Carthaginiensi sinu ponendam Cellarius observat, *Notit. Orb. antiq.* lib. IV. cap. IV §. XLIX. pag. 883. Neque obstat, quod in utriusque numi Phoenicio-Punici ἐπιγραφῇ legatur NISUAAG loco τῦ Νίσσα, ut scribit Ptolemaeus. Quotus enim quisque doctorum hominum est, qui nesciat, hoc in more positum fuisse, atque instituto scriptorum Graecorum, ut peregrina & barbara populorum, urbium, montium ac fluminum nomina paullo aliter efferrent, quam ab iisdem describerentur gentibus, eaque ad Graecam formam emollirent. Quod praeeunte Josepho *Antiquitt. Jud.* lib.I. cap.V. & VI., a Bocharto in *Phaleg.* lib.II. cap. XIX. pag. 125. jam observatum video. Quapropter ab τῷ נסעג *Nisuaág*, postremo rejecto elemento, quid mirum, Ptolemaeum ipsum Νίσσα scripsisse, atque suorum exemplo, civitatis Africanae appellationem ad Graecae linguae sonum aptius accommodasse. Nam si in numis TABRACAE jure tributis, de quibus paullo ante dictum est, modo תברעגז *Tabragaáz*, modo sine ע *Aaïn*, תברגז *Tabragaz* inscriptis, uti habentur apud Pelleri-

rint, consequuti certo sumus, ut ad hoc doctrinae genus multo minori, quam antea negotio per-

nium, *Peuples* Tom. III. Tabul. CXX. n. 9. 10. & 11., Ptolomaeus de hac Africana civitate sermonem instituens, ejus nomen ad linguae suae trahens modum, eam vocavit Θάβρακα; quidni igitur in sua Νίσσα nobis commemoranda a NISUAAG neutiquam distinguenda, scriptorem Pelusiensem Aegyptium item fecisse dicemus? Mitto quae de τῷ קרקת *Karkath*, superius disputata a me sunt. Quam appellationem Carthagini convenire, hancque Καρχηδόνος nomine Graeco designasse, ibidem demonstravi pag. 588. Sexcenta in promtu haberem exempla, quibus ostendi posset, Graecos scriptores in proferendis, vel describendis urbium, montium, fluminum & locorum nominibus, ea ita emolliisse, ut paucis immutatis in suam linguam detorquenda curarent. Sed quid ego ea de re pluribus disputo, quae eruditis explorate sat cognita, longiore oratione non egeat? Id enim jam alias animadverti.

Quum vero ἐπιγραφῆς τὸ NISUAAG eamdem plane Africanam civitatem indicare demonstret, atque Ptolemaei Νίσσαν; ergo Plinii, *Hist. Nat.*, lib. v. cap. IV. pag. 246. ipsa MISUA vel alia omnino dicenda est, vel ex Historiae Natural. scriptore Ptolemaei non esse emendendam lectionem, ponamus oportet; contra quam & Harduinus apud eumd. Plinium not. 12., & Cellarius uti supra, loc. cit. existimarunt. Nam ἐπιγραφῆς lectio tum clara est, tamque manifesta, ut nihil esse videatur, quod de Ptolemaei fide, atque diligentia in Νίσσα scribendo quicquam dubitemus.

Sed ejus generis numos hanc ipsam inscriptionem exprimentes & in tuo, STEPHANE BORGIA Cardinalis, exstantes Museo, taciti non praetermittamus. Horum duos *Tabul. numor. Phoenic. Punicor.* n. 14. & 15. producendos duxi. Qui n. 14. exhibetur, & sane egregiae conservationis, ab adversa parte caput turritum mulie-

tractandum, accedere queamus. Hoc autem adito patefacto, quam multa,sed ipsorum monumento-

---

bre, cum eadem ipsa Punica inscriptione, & ab aversa tripodem palam facit, ad quem hinc arcus, illinc pharetra alligantur. In antica n. 15. Borgiani hujus numi, at multo minoris integritatis, Junonis conspicitur protome; pone, arista; ante, pavo. In postica Palladis effigiem, ad pectus usque sua munitae aegide,capite autem ornatae galeato, deprehendo. Utrumque numum locis indicatis edidit Pellerinius, ut & alterum quoque aereum, ac bilinguem,*Peuples*,Tab.CXXI. n.15. Tiberio Augusto dicatum Caesari, ante cujus caput Aquila expansis alis, rostro laurum tenens, & retro laurus visitur. Aversae partis numus Apollinis caput, laureatum &Lyram,& eamdem τȣ̃ נכען prodit ἐπιγραφὴν. Quem quidem numum plane similem ex Cl. viri Alexandri Recuperii thecis haud semel tractavi manibus. Quem vero sed sine ἐπιγραφῆς expositione vulgavit Cl. Perezius-Bayerius, *De la lengua de los Fenices*, Tabul. n.5.pag.367.,aPelleriano tantum in eo differt, quod numi antiqua neque Aquilam cum lauro, neque ipsam laurum a tergo capitis referat.

Atque ut iis,quae de Cl.Pellerinio ab scientiae Numismaticae studiosis numquam sine laude nominando, mihi dicenda supersunt, modum faciam; in duobus alteris ab se publicatis, quos exposuit, numis continebo me. Eorum unus, qui recensetur *Supplément IV*. pag.1. Mulieris capite turrito ex adversa insignitur; ex alia parte proram navis, subtus vero *numericas* litteras; & superne, epigraphen habet tribus constantem elementis Tࠀࠌ, seu מאג *Mag*; quas MAGGEDO, alias MEGIDDO, Galileae oppidum, Pellerinius interpretatur. Quamquam ad quodcumque aliud oppidum, uti MAGOG in Syria, MAGYDOS in Pamphylia, MAGARSOS Ciliciae, (quae oppida a Phoenicibus olim frequentata opinor) easdem initiales litteras urbis nomen designantes,trans-

rum ope atque usu, his sese in litteris offerunt, quae studio atque labore assiduo, ornari, ma-

---

ferri absolute, ἐπιγραφῆς explanatio potest; Pellerinii tamen interpretationi satis verisimili conjectura nixae, ne de iisdem tribus litteris conjecturam ego quoque faciens, nimio contra ipsum disputandi studio abripi videar, nollem contradicere.

Ad alterum Phoenicium numum, *Supplément III.* Tab. IV. n. 1. a Pellerinio productum quod attinet, an vetustissimae Bruttiorum in extremo Italiae angulo sedem habentium, urbi, quam nomine 𐤁𐤉𐤓𐤕 BIRTH, ut fert inscriptio, primitus appellatam, Graecorum vero lingua in eam inducta, Βρέττος dictam volunt, addicendus ille idem sit; ex eaque hanc urbem indicari, & Brettiam, sive Bruttiam gentem Phoenicum colonos fuisse, effici possit: illud totum, meo judicio, ejusmodi est, ut quonam pacto bene firmetur non facile videam. Nihilominus rem ipsam ne in dubio quidem Pellerinius ponit pag. 91 – 94. Quod quoque Cl. Francisc. Neumanno maxime probatur, *Popul. & Reg. num. veter. inedit.* part. I. Tab. I. n. 13. pag. 27 – 30. part. II. Tab. IV. n. 8. pag. 117. Cujus sane numi inscriptionem quam vellem vidisse Cl. Symmach. Mazochius! Cum enim quidquid Brettii, sive Bruttii fuit nominis, ab ea urbe BRETTOS repetendum censeret; ut homo erat in urbium & regionum etymis exspicandis, & originibus ex Oriente arcessendis per quam exercitatus, in iisque magna eruditione eruendis multum industrius; non equidem dubito, quin & ipsi Phoeniciae ἐπιγραφῇ haud parum adspersisset luminis: atque ex illa ipsa, & majora, eaque reconditae doctrinae, de Bruttiae gentis origine ab Orientalibus, ejus sententia, plagis repetenda, more suo nobis tradidisset. Qui Cl. vir ea de re conferendus, *in Tabul. Heracleens. Commentar.* Collectan. X. pag. 546 – 548. & *Spicileg. Biblic.* Tom. I. pag. 256 – 258.

Atque haec de Phoeniciis Bruttiorum Originibus

gis magisque illustrari, tam felicioribus auspiciis possint? Si quis autem unquam futurus esset, qui

utcumque habeant sese, easdem tamen ex numi ἐπιγραφῇ elici revera, uti modo aiebam, eique τὸ BRETTOS bene aptari, vix crediderim posse. Quare autem ab ea mihi Pellerinii & Neumanni urbem BIRTH, insecutis temporibus, BRETTOS appellatam fuisse opinione, ut ab re non modo perobscura, eaque valde incerta, sed & nullo comprobata gravi argumento, assensionem cohibendam putem, mea haec est ratio. Et sane, vereor ne sint, qui statim in quaestionem vocent, an hujusce appellationis urbs ERETTOS, quam hoc Phoenicio-Punico celebratam ponunt monumento, apud Bruttios olim exstiterit. Namque si usquam exstitisset, quî fieri potest, ut majorum gentium scriptores veteres & historici & geographi, qui de Bruttiis sermonem instituerunt, illius mentionem ita intermisissent, ut ejus nomen numquam commendarent memoriae posterorum. Quod quidem ab omni abhorrere specie aliquibus fortasse videbitur veri. Ac non me latet quid Mazochius respondeat, quidque Pellerinius: illud videlicet oppidum, ab veteribus illis scriptoribus memoratum nusquam fuisse, propterea quod plane deletum fuerit. Etenim auctorem, licet exeuntis saeculi V., habent in promptu, quem fidum testem producant, Stephanum nempe Byzantium, qui in suis *Ethnicis*, Βρέττος Tyrrhenorum urbis meminit, & quidem a Bretto Herculis filio, ita appellatae, a quo Bruttiam gentem & regionem, hodie Calabriam, nomen accepisse suum, litteris prodidit. Id ego profecto in inventa rejicere non auderem scriptoris Byzantini, qui, uti existimo, bona fide illud recitaverit ex Aristophane, quem citat, vel potius ex Aristophone, ut in hunc locum adnotat Abr. Berkelius. Mitto quae de Brettiae, aut Bruttiae gentis nominis ratione habet Stephanus, cujus appellationis plane aliam caussam adducunt Diodorus Siculus & Strabo, quorum

illud inficias iret, is pleno meridie solem illuscere, neget, necesse est. Adeo explorate cognita res est.

loca profert Philip. Cluverius, *Italiae antiq.* lib.IV. cap. XV. pag.1082 — 1083. Vide & Cl. Eckhel, *Doctrin. num. vet.* part.I. Vol.III. pag.419. seq., iisdem veterum scriptorum testimoniis utentem, ad Mazochii de illa Bruttii nominis caussa ab Stephano prolata, adsertam sententiam redarguendam falsitatis. Qui tamen ne leviter quidem attingit, quae & Diodoro & Straboni Bruttios a Lucanis ortos scribentibus, opposuerat Mazochius ipse loc. cit. *Comment. in Tab. Heracl.* Collectan. IX. pag. 539. In Cl. quoque Canonici Neapolitani, qui tanta antiquarum rerum peritia, ac virtutis laude floruit, alteram de Bruttiorum Orientali origine opinionem Vindobonensis Antiquarius nimio acrius animadvertit. Nihil namque absit, quin inter mera, nonnullorum urbibus singulis Orientalem de suo adsignantium deliria eam reponendam putet. Neque docto Pellerinio Cl. Eckhel magis parcit, quippe quod ex ipsa, de qua quaerimus, ἐπιγραφῇ, & τὸ Βρέττος Stephani Byzantini eliciendum, & Phoeniciam illam originem adserendam confirmandamque suscepisset. Quid? quod, ait ille, incredibile quoque videatur, gentis, quae se Phoeniciam candore adeo per epigraphen profiteretur, originem ita penitus ab historicis reticeri, ut ejus ne minimum quidem aut in his (veteribus scriptoribus) aut ullo alio monumento vestigium appareat „? Haec Cl. Eckhel, & sane haud prorsus immerito; quum ex ipsa epigraphe nihil erui omnino posse, quod eamdem originem demonstret, tam certum sit, quamque manifestum. Caeterum, quod ad veteres scriptores spectat, quam multa ac prope infinita sunt, quae de primis gentium ac populorum originibus, quos αὐτόχθονας, seu in eapte terra ab initio satos inepte dicebant, ignorasse scimus.

Etsi autem aliis in numis, quos vidit Cl. Eckhel, inscriptae iis litterae sunt ejusmodi, ut ex illis elici

Nunc vero quae me ratio moverit, ut fortasse nimis studiose in horum & aliorum Anti-

id ipsum elici nullatenus possit; tamen cum Cl. viro non bene video, quamobrem ex illa iisdem in numis ἐπιγραφῆς diversitate consequens fieret, inscriptis Pellerinii numo, de quo agimus, litteris aliud contineri, quam τὸ BIRTH, seu nomen urbis, vel populi. Quasi vero illi numi ad unam eamdemque urbem, aut populum revera pertinerent. Quod nihilominus eorum typi partim diversi, partim detriti, ac varia ἐπιγραφὴ secus esse demonstrant. Ad quorum classem, refero Neumanni numum loc. cit. part.II. Tab. ead., & alterum, sed integrum, in *Numismat... Musei Arigoni* part.III. Tabul.III. n.24. editum.

Interea non est praetermittendum, quod Antiquarius Vindobonensis de Pellerinii conjectura, in numo suo & aliis similibus Bruttiam agnoscentis, apposite monet. Scilicet in binis ab se observatis, " Testari possum, inquit ille pag. 420., me spectata fabrica nihil in iis Bruttii ingenii videre, quin quidvis potius extraneum ". Et quidem rectissime. Sed ne longior esse videar, quam oporteat; quid demum, quantum ego quoque conjectura assequi possum, ipsa ἐπιγραφὴ contineatur, paucis aperiam. Ac Pellerinius quidem urbem ab Stephano Byzantino BRETTOS appellatam revolvens animo, ut in litteris numo suo inscriptis eamdem reperiret; τῆς BIRTH ἐπιγραφῆς secunda & tertia transpositis litteris, τῷ vero ' *Jod*, licet de sede sua nequaquam dimovendo, in E tamen permutato, voci demum Phoeniciae inflexione Graeca addita, ut moris erat Graecorum, rem totam ad urbem BRETTOS, sive BRETTIAM, vel BRUTTIAM detorqueri sine negotio posse ratus est. Bene! At eodem ipse jure, in quovis alio cumque Phoenicio epigrammate, tum transponendo, tum etiam permutando sive *vocales*, sive *liquidas* litteras ad illud Οὐσιωδῶς *essentialiter*, spectantes, in ejus ergo lectione om-

quariorum labores inquirerem; non est, cur hujus consilii mei atque instituti caussam rursum ape-

---

nino retinendas; promitto atque confirmo, me quicquid in mentem venerit, etiam facillime reperturum. Quae tamen id genus numorum exponendi modus & ratio, si placeat; mihi certo numquam placuit.

Quanti ergo facienda sit docti Pellerinii numi interpretatio, Francisc. Neumanno tantopere probata, quum satis liquere videatur; quid pluribus opus est, ut eam reprobemus veluti commentum, quantumvis ingeniose excogitatum? Cujus ego numi Phoeniciam inscriptionem cum diligenter & attente considero, nihil in τῷ בירת BIRTH video, nisi τὸ *Bairouth*, vel *Beirouth*, una nempe aut altera *vocali* suppleta littera, quam *vocalem* in Orientis linguis esse supplendam, satis notum est. Ἐπιγραφῆς vero lectio cum ad illam, de qua egimus pag. 475., BERYTI appellationem, sive BAHIROUT, ut Arabes hujus urbis nomen aspirate pronunciant, quam proxime accedat, eique maxime conveniat; vel longe opinione mea fallor, vel una esse videtur, quae sit admittenda. Quid obstet igitur, quin Phoenices urbi BERYTO numum adjudicemus?

Atque haec quidem de Cl. viri Josephi Pellerinii ad eam illustrandam litteraturam, cujus in suis numorum Syllogis aliquot edidit specimina, conatibus, & sane laudandis, satis dicta sunto.

Nunc autem eo, quemadmodum superius institutui, videlicet pag. 513., servato ordine, ad alterum doctum virum veniam, Franciscum dico Perezium-Bayerium, qui in iis amplificandis, atque ornandis litteris multum valuit. Quia vero de ejus erudita dissertatione, quam inscripsit *Del Alfabeto y Lengua de los Fenices*, jam multa passim ipse disserui; pauca admodum restant dicenda, quae complectar brevi. Ea namque ad unum spectat Phoenicium, loc. cit. pag. 344. ab se vulgatum numum, quem ineditum puto. Atqui is numus est hu-

riam. Quid in hoc tractando argumento proferre potuissem, quod magis ad Phoeniciae litteraturae

---

jusmodi. Videlicet in antica ejus parte turritum mulieris caput reperio; in postica, supereminente Phoenicia epigraphe, cornucopia exhibetur, sub qua adsunt duplicis generis litterae *numericae*: aliae, quibus praefigitur τὸ שנת, seu *annus*, iis similes sunt, de quibus post Rhenferdium atque Swintonum superius dictum est; caeterae vero duae solitariae atque intermediae, nempe 9o, non Graecae, ut Cl. Bayerius eas vocat, sed purae putae Phoeniciae dicendae sunt, ac nihil aliud quam Hebraeorum ע *Aain*, & ר *Resch*. Quae postremae litterae inter *numerales* quoque recensendae, non annum 170. aerae Selucidarum, sicuti ille idem ponit pag. 345., sed annum 270. signant, quo percussus numus fuerit. Ex quibus *numericis* utrisque litteris colligendum reor, urbem ipsam, hoc feriundo numo, ob autonomiam sibi concessam, duplici tum usum fuisse epocha, una nempe sui propria, eaque illis *numeralibus* obsignata notis, imo exergo inscriptis; altera duabus contenta Phoeniicis litteris 9o, ab aera Seleucidarum computanda, quae idcirco in annum 270. incidet, ante Christum 43. Urb. condit. 711.

Sed age quid de urbe, quae numum cudit, Perezius-Bayerius nos docuerit, dicamus. Quod CARNE oppido, ut hanc urbem appellant, & Plinius, *Hist. nat.* lib. V. cap. XX. pag. 265., eam Syriae adscribens, & Stephanus Byzantinus, qui ad Phoenicen pertinuisse scribit *voce* Κάρνη; quam tamen in Phoenices & Syriae confiniis olim sitam, facile opinarer, (fuisse namque Aradiorum ditionis ex Strabone, lib. XV. pag. 1093. al. 753., qui Καρᾶνος nomine eam vocat, & ἐπίνειον τῆς Ἀράδου, *Aradi navale* dicit, satis constat; de qua confer Cellar. *Not. Orb. antiq.* lib. III. cap. XII. §. XXIII. pag. m. 349. seq.) quod, inquam, *Carne* oppido Cl. Bayerius numum jure suo adjudicarit, testem fidissimum habet ipsam ἐπι-

dignoscendos fontes, perspiciendum vero qui nostram ad hanc aetatem ejus cursus fuerit atque

γραφὴν. Quocum ego viro docto non pugnabo. Pugnabo autem, utrum in ea describenda inscriptione melius sit, aut verius τὸ קרנד *Karnad*, seu *Kernad*, vel etiam קרנת *Karnath*, sicuti Bayerius legit, quam τὸ קרנא *Karna*, quemadmodum mihi legendum videtur, & sane ad ipsius urbis appellationem magis accommodate, si ἐπιγραφῆς postremi elementi Palaeographia sua singularis nempe ꝕ, seu א *Aleph*, aliqua ratio habeatur. Cujus litterae legendae modus facilis est & prompta defensio. Verum enim, quod ea ipsa littera neque ad ד *Daleth*, referri, neque ad ת *Tau*, ullatenus possit, facit quam maxime numus alter Φοινικῶς inscriptus diversi licet typi, sed Bayerio plane incognitus, etsi ab Honor. Arigonio, *Musei* sui part. III. Tabul. I. n. 2. productus, tum a Pellerinio, *Peuples*, Tom. III. Tabul. CXIX. 11. 12. & 13., at nulla ab se illustratus interpretatione, tum a Dutensio, *Explicat. de quelques Médailles Phéniciennes*, Dissert. II. Tab II. n. 7. pag. 148. seq. Hujus autem a Dutensio adducti numi ἐπιγραφὴ tribus tantum contenta litteris, (ut in Pellerinii duobus aliis ejusdem ferme commatis) quarum secunda Bayeriani numi elemento tam similis est, quam ovum ovo; ad quamcumque designandam civitatem transferatur, nihil aliud prae se fert, nisi τὸ מאר *Mar*, uti apposite legit Cl. Dutensius. Qua lectione fretus, Mariame oppido, seu Mariamae Syriae, Eleutherum inter & Orontem, Larissam versus, adtribuendum numum non sine magna similitudine veri Dutensius censuit.

Quod porro ad hoc Mariamae oppidum spectat, si Ptolemaeo auscultamus, aliud ejusdem nominis reperio, cujus ipse meminit, & multo notius & pluribus commemoratum, quodque ab altero, opinor, non esse distinguendum, ex *Asiae minoris & Syriae Tabula* Cl. D'Anvillii intelligo. Quam Mariamam non procul

exitus,quam quod ipse institui? Hoc ego saepe & multum cogitans, id quoque muneris propterea

a Maratho sitam,sicuti videtur ipsi Berkelio in suis adnotationibus ad Stephanum Byzantinum pag.536., cuique numum libentius addicerem, longe inferius ad Eleutherum quidem fluvium, sed ad longitudin. grad. 54. circiter & latitud. 35. ille idem D'Anvillius ponit. De qua Mariama, seu Mariamma confer eumd. Cellarium, loc. cit. §. XLVIII. pag.358.

Quia vero praeter indicatam ἐπιγραφὴν, in numi parte aversa duabus ornata cornucopiis una colligatis, aliae duplicis generis quoque, ut paullo ante exposui, *numerales* comparent litterae, quarum aliae duae Phoeniciae 𐤍𐤓, seu נר, *Resch* & *Nun* notant 250., ex iis consequens fit, numum autonomum cusum fuisse an.250. Seleucidarum Aerae, ante Christi Natale 73. Quod de Pellerinii numo ejusd. Tab. CXIX. n.12., est utique adserendum. Alter vero n.13. numus etsi ejusdem plane typi; ab adversa nempe Jovis caput laureatum, ab aversa autem duas signantis cornucopias, quam Mariamae propriam indicet epocham, haud facile dictu est. In eas namque duas, quibus quoque notatur, *numericas* Phoenicias litteras, τὸ 𐤕, seu ת *Tau*, formam prorsus exprimentes, aliquod irrepsisse mendum, ne vix quidem dubitarem. Hae namque duae litterae 𐤕 *Tau*, si computentur, annum referrent 800. Quae annorum nota quonam pacto cum Mariamae oppidi vel epoca sui propria congrueret, vel cum aera Seleucidarum, equidem non capio. Optassem sane, Cl.Dutensium de hujusmodi *numericis* notis ad Seleucidarum aeram haud dubie reducendis,quidpiam dixisse.

Caeterum haud mirabile fiat, & Carnenses & Mariammitanos, ut hos vocat Plinius, elemento ipso, א de quo hactenus inquisivimus, quamquam in id genus Φοινικῶς inscriptis metallis parum obvio,in his duobus a nobis recensitis, feriundis numis usos fuisse, quod a ma-

sustinendum sumsi, quod ex recensitis eorumdem doctorum hominum lucubrationibus, plura

joribus suis accepisse, vetustissimum Phoenicium Alphabetum palam demonstrat. Illud enim Graeci veteres, quos suas a Phoenicibus mutuatos esse litteras (Vid. supra pag. 47. seqq. not.) tota ferme antiquitas testatur, in suis quoque vetustissimae aetatis monumentis usurpasse, certissimum est. Cujus sane rei fidem facit indubitatam celebris SIGEA inscriptio ab Edmund. Chishull in lucem emissa suis *in Antiquitatibus Asiaticis*, edit. Londin. 1728. Quae adeundae cap. III. pag. 3. 16. & 19. Neque praetermittenda ipsa antiquissima *Deliaca ἐπιγραφὴ*, ut monet Dutens. ipse loc. cit. & Dissert. I. pag. 93., ab Montfauconio publicata, *Palaeograph. Graec.* lib. II. cap. I. pag. 122. n. 4. *Alphabeti Graeci*, & cap. III. pag. 126. seq.

Ratum igitur ac firmum maneat, id ipsum elementum Carnensi ac Mariamae numis inscriptum, ut & vetus *Alpha* Graecorum ex eodem fonte manasse, nempe Phoenicio. De cujus veterrima forma, Carnensi & Mariamae simillima, in aeneisque urbium magnae Graeciae numis obvia, confer Cl. Eckelii *Tabulam Palaeographiam Graecorum ex numis* petitam, *Doctrin. num. vet.* part. I. Vol. I. pag. CIV. n. 3. = *Nouv. Traité de Diplomatiq.*, Tom. I. part. II. sect. II. cap. XV. Tab. X. pag. 679. seqq. = Cl. virum d'Anse de Villoison, *Anecdotor. Graecor.* Tom. II. pag. 162. &c. Equidem longior essem, quam sit necesse, si id genus monumenta, quae ea de re eruditi protulerunt, recensere vellem. Quod erat utique animadvertendum, propterea ut nobis cavendum vel maxime sit, ne Cl. Perezii-Bayerii auctoritate moti, ejus exemplo in litterarum Phoeniciarum alphabeti diagrammate suo loco describendo, aliquid inconsulto admittamus, quod ab earum genuina potestate, atque indole absonum videatur; in unam idcirco classem eas rejiciamus litteras, quae ad alteram prorsus pertineant,

depromi posse intellexerim, quae ad Phoenicio-Punicas illustrandas litteras quam maxime con-

---

Quo quidem incommodo, hactenus doctorum virorum reperi neminem, qui esset immunis. Adeo, equidem fateor, ardua res est, atque magnae difficultatis plena, hoc in genere litteraturae viam tenere, quae a recto numquam deflectet tramite.

Ut autem ad Cl. Perezium Bayerium revertar, hoc unum addam: in alterius numi describenda ἐπιγραφῆ pag. 345. ab se bene lecta, videlicet ארצת *Artsath*, ORTHOSIAE Phoenices se statim adtribuendum eumdem numum conjectasse; attenta vero ejus fabrica, illum ipsum ad aliquam Siciliae civitatem potius pertinere, conjectura quoque existimasse. Ego vero, si quid intelligo, nihil hac in epigraphe, cujus prima littera א, quae in Orientalibus linguis non eumdem semper τȣ̃ *A* sonum obtinet, per *O* efferri optime potest; voci vero quippe suis, ut moris est, destituta, quas vocant תנועות *Tenouòth*, seu *Motionibus*, vel, ut ajunt, *Punctis Vocalibus*, una & altera earum si addantur, nempe *I* & *A*; nihil, inquam, ipsa ἐπιγραφῆ indicari mihi videor, nisi ipsum ORIZA Syriae oppidum, Palmyrae subjectum, seu in Palmyrene a Ptolemaeo positum, uti admonet Cellarius loc. cit. §. LXI. pag. 367. Quam civitatem D'Anvillius loc. cit., ad longitudin. grad. 57., latitud. 35. statuit. Quod autem Ptolemaeus *Oritsath* non scripserit, nil me movet. Postremo vocis rejecto, vel neglecto elemento *T*, seu *Th*, uti Graecis minus accomodatum auribus, dulcioris soni ergo τὸ *Oriza* scripsit. Numi sane inscriptio ORIZAE nominis appellationi tam bene aptatur, ut nihil magis.

Sed de hac eruditissima Cl. Hispani dissertatione *De la lengua de los Fenices*, desino dicere; eo vel maxime quod quid commodi ex ea proficisci in easdem ornandas atque amplificandas litteras possit, superioribus adnotationibus satis exposuerim pagg. 35. 146. 152. — 165. 170. seq. 198. seq. 251. 292. 369. 398 — 404. 410.

ferrent. Illudque efficiens, quod praecipuae utilitatis esset, non prorsus inutiles conatus nos-

422—426. 443. 448. 455—458. 479. 538. 571—573. 585—587.

Vidimus qua diligentia, quave ingenii dexteritate ad Melitense cumprimis bilingue epigramma, numosque suos, quos in vulgus edidit Phoénicio-Punicos, resolvendos Cl. Perezius-Bayerius accessit. Nunc constitutum nobis ordinem ut persequamur, Ill. Princeps de Torremuzza Gabriel Lancillotus-Castellus, sicuti pag. 513. propositum nobis fuit, non est tacendus. Quae vero Φοινικῶς exarata monumenta, sive lapides, sive metalla doctissimus vir publicavit, ea singula complexus ipse est egregiis hisce operibus ad Antiquariae & Numismaticae rei scientiam ornandam atque amplificanadm vel maxime conducentibus, passim jam a nobis indicatis, videlicet = *Siciliae populorum & urbium*, *Regum quoque & Tyrannorum veteres numi* &c. Tabul. XCVI. n. 7—16. pag. 94. = C. n. 2. 4. & 5. pag. 97. ∽ *Siciliae & obiacentium insularum veterum inscription. nova collectio*, Clas. XX. pag. 316—325. ∽ *Quinta Aggiunta di Medaglie alla Sicilia numismatica di Filippo Paruta* &c. *Opusculorum Siculor.* Italice editorum Tom. XV. Tabul. IX. n. 16—19. & 24. pag. 13—21. = X. n. 6. pag. 30—32.

Atque de hoc Cl. Antiquarii in id genus producendis duobus praesertim lapidibus Melitensibus, aliisque monumentis, ad Phoeniciae Litteraturae sive commonstrandos, sive aperiundos fontes praesidio futuris, industrioso labore sit sentiendum, etsi ex superioribus notationibus nostris pag. 93. seqq. 165. seqq. 376—382. 392. 567—577. satis pateat, tum etiam identidem declaraverimus, nempe pag. 418. 420. seq.; quae tamen silentio praetermissimus, qualia vero sint, in paucissima conferamus.

Ac primum quanto sollicitius ejusmodi colligenda monumenta Cl. Antiquarius curavit, tanto minorem in

tros evasuros, mihi videre visus sum; nisi me tamen mei fallat amor. Utrum vero aliquid prae-

eorum denodandas ἐπιγραφὰς operam dedisse videtur. Una namque aut altera excepta (*V.aggiunta*) duorum numorum epigraphe Phoenicia, nihil de reliquis per se ipse explicuit inscriptis lapidibus. Idque unum sibi satis habere existimavit, binas Melitenses inscriptiones, de quibus disseruimus, Barthelemyi ac Swintoni illustrare interpretationibus. Illud tamen eo minus vitio illi ipse verterem, quod ex iis lapidibus ab se productis Class.xx. suae *Siciliae . . . veter. inscription.* pag.319. & 320., quid re ipsa exsculpendum sit, Oedipo esset opus, ut intelligatur. Adeo illa ipsa monumenta praesertim n.VII. & quae sequuntur ad n. usque XIII., & manca & in suis characteribus depravata habent sese. Neque ipse diffitetur Cl. editor. Quae cum ita sint; mirari subit, ab doctis hominibus eorumdem lapidum interpretationem se expectasse, uti ibidem scribit pag. 319. Quotum quemque enim eruditorum virorum censes, STEPHANE BORGIA, Cardininalis doctissime, futurum, qui, nisi ipsis attente ac diligenter inspectis autographis, in unis tam male expressis apographis interpretandis periculum faciat? Ego profecto numquam committendum mihi arbitrarer, ut id facerem. Quod quoque de caeteris Φοινικῶς inscriptis monumentis ab Cl. viro collectis ibid. pag.322 — 325., sed eorum nullo accurate delineato, dicere ausim. Ad quos quidem lapides haud scio, an illud universim accommodare cum ipso Barthelemyo liceat, quod habet Plautus, *Pseudol.* Act.1. Scen.1. vers.23. =*Hos pol, credo, nisi Sibylla legerit, interpretari alium potesse neminem*. Nisi tamen illam Phoenicio-Punicam inscriptionem excipiamus ibid. n.XIV. pag.321., in fictili vase Panormi eruto, descriptam, quam post Ant. Mariam Lupium & D. De Schiavo, at diligentius protulit, interpretatusque est Cl. Barthelemyus, *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* Tom.xxx. Tabul.v. pag. 418. seq. not. (*e*).

stiterim, Te ipsum, Integerrime Cardinalis Stephane Borgia, malo judicare, qui suo unam-

Quas autem numorum ἐπιγραφὰς ligneis formis exaratas adtulit Cl. Antiquarius loc. cit. pag.317. seq., si postremam demas, quam ad Cossuram insulam pertinere ipse agnoscit; caeteras n.I.II.III.IV. sic descriptas reperio, ut quo revera spectent, vix definirem. Quintam vero ad urbem Macharam, Ἡράκλειαν Μινώαν postea appellatam, de qua dixi pag.574.,esse referendam, & septimam ad Panormum, suis in locis animadverti. Panormitanis quoque adtribuendum existimarem, neutiquam autem Dionysio I. Sycusarum Tyranno, uti Cl.vir conjicit, tres alios numos, *Siciliae ... num. veter.*, Tabul. c. n.4. & 5. ∽ *Quinta aggiunta*, Tab. x. n. 6. exhibitos. In quorum quidem uno, integer equus decurrens, a victoria alata coronatus, ex aversa τῷ מחנת signatur.In altero n.5.praeter eamdem epigraphen a postica notatam, hanc ab antica praefert קרת חדשת Quae vocabula quid significent, alias satis declaravi. De numo altero, *Quinta aggiunta*, Tab.ix. n.24., quippe in sua epigraphe omnino vitiato, omitto dicere. Qui denique producuntur ibid. n.16 —19., a Cl. viro minus recte lecti, ad Cossuram reipsa pertinent, ut ante dicebam. At haec satis esse videntur, ut ex ea eruditissimi Auctoris sine honoris caussa numquam nominandi, Phoenicio-Punica Sylloge cognoscatur, quantum Phoeniciae Litteraturae adyta ipse penetrarit. Cujus quidem conatus nemo erit, nisi iniquus rerum existimator, quin collaudare vel predicare queat.

Jam vero, quum tertio hoc Paragropho id unum mihi potissimum proposuerim, ut nullum doctorum hominum, qui toto saeculo nostro in Phoeniciae litteraturae fontes vel commonstrandos,vel aperiundos, studium atque operam contulerunt, praetermitterem; ex quorum vero lucubrationibus in meam qualemcumque Commentationem transferrem quae his juvandis litteris

quamque rem ad ea illustranda conducentem, merito pendes. Tuo igitur judicio quantum hac

alicui adjumento essent futurae: res ipsa rursum admonet me, quin immo ipsa instituta mea omnino postulat ratio, ut quod pag. 513. de Cl. Ludovico Dutensio me dicturum promisi, re praestare heic aggrediar. Verumtamen, rem totam eo paucioribus comprehendam verbis, quod de Cl. hujus Hyberni doctis dissertationibus ad Phoeniciam illustrandam litteraturam spectantibus, nonnulla jam persequutus ego fuerim. Quamobrem ne actum agere ipse videar, ad paucos aliquot Phoenicios numos, quorum hactenus vel non memini, vel quos leviter attigi, nunc accedam, quosque complexus ipse est eo erudito opere, quod inscripsit: = *Explication de quelques Médailles Grecques & Phéniciennes, avec une Paléographie Numismatique. II. Edit. A Londres* 1776. in — 4to. pagg. 244. absque Praefat. Cujus operis exemplar Cl. viri Hyberni CAROLI VALLANCEY, de quo dixi pag. 277. seqq. singulari humanitati atque benevolentiae erga me suae acceptum unice refero.

Sit igitur argenteus numus, Dissert. I. ejusdem operis Tabul. I. n. 5., a Fulvio Ursino primum, tum ab aliis vulgatus Antiquariis, de quo raptim dixi pag. 383. seq., & quo typo ejus antica signetur, ibidem adnotavi. Hujus postica muliebri capite adverso, diademato, capillisque comptis sed diffusis ornato, colloque duplici unionum serie redimito, sese conspicuam exhibet. Numi autem ἐπιγραφὴ Phoenicia ab Hannibalis Carthaginiensium ducis exprimendo nomine, toto coelo certissime aberrat. Quod quidem, licet at perperam id secus adserentibus Fulv. Ursino, Haymo, *Thesaur. Britann.* part. I. Tab. XIII. num. 8. pag. 152. Swintono, *Hist. univers. trad. de l'Angl.* Tom. XI. sect. III. lib. III. cap. XXXVI. pag. 665., Gronovio, aliisque, bene agnoverunt Pellerinius, *Peuples*, Tom. III. Tab. CXXII. n. 7. pag. 159. seq. = Neumannus, *Populor.* part. II. pag. 56. = Antiqua-

in litteratura ipse profecerim , facile mihi patiar persuaderi . Quamobrem totum quidquid erit , &

---

rius Vindobonensis , *Doctr. num. vet.* part. 1. Vol. III. pag.412. & ipse Cl. Dutensius, qui in Swintoni, sed ejus suppresso nomine , eodem paradoxo refutando multus est , loc. cit. pag.15. — 21.

Quum vero ἐπιγραφὴν quicquam prae se ferre,quod Carthaginensium ducis nomen indicet , concedi nullo modo possit ; quid illa revera exprimat , explorandum nobis breviter est . Dutensius quidem primus fuit , quem , ut eam explicaret , maxime laborasse intelligo . Expensis ergo singulis inscriptionis elementis, colligendum ex iis arbitratur , nomen τὸ תננמג , seu TANNEMOG ea contineri . Quae lectio multum mihi probaretur,modo secundae & postraemae litterae ad τῶν נ *Nun*, & ג *Ghimel*,pertinere classem quirent ; quod aliter esse mihi videtur . At enim secundum elementum , si cum una aut altera epigraphe , quae in id genus reperitur numis, uti Ciliciensibus & Mazacensibus,de quibus paullo inferius dicam , tum etiam & in Carpentoractensi atque Citiensibus inscriptionibus , rite conferatur ; nihil in eo deprehendemus, quod τῷ כ *Caph* , non bene aptetur . Altera vero postrema vocabuli littera ecquaenam tandem sit , nisi id ipsum elementum ו *Vau* , ex Hebraico.Samaritico ࠅ derivatum fonte , ab antiqua autem Phoenicia repetendum litteratura ? Quare ego mallem τὸ תכנמו , seu TACNEMO , quippe cum ad utriusque litterae naturam ac indolem magis ac proprius accedere , vetera Phoenicium testentur monumenta.

Harum litterarum sic constituta potestate , de numo altero , quem Cl. Dutensius pag. 1. adtulit , exposuitque pag.20. seqq., eodem signato vocabulo , & BAAL TARZ inscripto, brevitati necessario studens , mitto dicere . Hunc & illum , cujus modo mentionem faciebam , Tarso esse attribuendum contendit quidem;quod tamen incertum pronunciat Cl. Eckhel , loc. cit. , jure

quodcumque erit, Tu unus statuas. Nihil equidem reliqui fecisse me, ut hoc laudatissimi studii

ne, an injuria haud definirem; etsi plane verisimile esse, ad Ciliciam ejusve viciniam utrumque pertinere numum non inficiatur; & Pellerinius, uti supra Tom. III. pag. 161. seq., conjecerat. Pag. vero seq. scilicet 413. ille idem Vindobonensis Antiquarius de iisdem, deque aliis ejus generis numis disserens, ad Ciliciam esse referendos multa adducit, quibus ipse sibi illud facile persuadeat. Cui ergo non repugnarem, si modo excipiamus quae de quibusdam Phoeniciis numis, *Mallo*, sed, meo judicio, perperam ab Dutensio addictis, ibidem disputat. Quamquam eo loci, ut idem illud iteremus, quod alias animadversum nobis est pag. 123 – 126., Cl. vir graviter labitur, quippe quod in meras ac ludicras conjecturas rejicit quae de ipsa epigraphe haud dubie legenda Baal Tarz, jam diximus. Quae nihilominus lectio cum harum litterarum genuina vi atque potestate tam manifesto per sese nexa est, tamque colligata, nihil ut esse possit conjunctius.

At quoniam id mihi sumpsi argumentum, ut de aliquot ejus generis numis verba facerem; ad quos interpretandos, si qua occurrit difficultas, ab uno eorum praesertim, quibus describuntur, vocabulo, scilicet תכנמו *Tachnemo*, ut ego arbitror legendum, tota ipsa pendet; eo me adductum libenter video, ut duos heic tacitus non praeteream numos Phoenicia sua epigraphe ac typis in eorumdem numero ponendos, quos fortasse Tarso in Cilicia, nunc autem Caramania, percussos, equidem non dubitarim. Atqui utrumque ex Museo Borgiano, *Tabula numor. Phoen. Pun.* n. 2. & 3. non minori fide quam diligentia in aes incisum protuli. Qui secundo recensetur numero, argenteus, de quo pag. 122. me acturum sum pollicitus, ex adversa parte, Jovis sedens ac seminudus cernitur, diadematus, seu simplici ligula cincto capite, hastaeque, cui insi-

genus in bono, ut aiunt, lumine collocarem, ipse mihi conscius sum. Sed ineptus ego sim, si, uti

---

stit aquila expansis alis, innixus; sinistra, botrum tenens & spicas sive e modio, sive e calatho erumpentes; ante, vasculum, aut cantharus: in numi peripheria, epigraphe = בעל תרז *Baál Tarz*, i. e. *Dominus*, vel *Dominator Tarsi*. Quae porro lectio communi doctissimorum virorum comprobata suffragio, uni debetur Cl. Swintono. Qui eruditus vir quantum in hac assequenda bene ei fuit, tantum in altero id genus numi Φοινικῶς inscripto vocabulo; de quo mox sum dicturus, exponendo aberravit (Vide supr. pag. 123. & 618.) Aversa pars in quadrato non incuso, duos sistit stantes viros barbatos, simul colloquentes, Jovemque, quantum conjectura assequor, in vota vocantes: horum unus plane nudus, laeva demissa, sinistra autem elevata, comparet; alter seminudus, togatam vestem sinistra sublevans, dextra quicquam suo innuit socio, vel portendit: interjacet vasculum, aut cantharus, aut quodcumque aliud ad Jovis sacra spectans. Hinc inde epigraphe = [Phoenician characters], sive חנה תכנמו *Hinne Tachnemo*.

Jam vero, quid hac & altera Phoenicia epigraphe in Borgiano tetradrachmo eximiae conservationis ac raritatis maximae, utraque ex parte obvia, quemque ab Antiquariorum, quos sedulo evolverim, nemine vulgatum, ideoque ineditum censerem, significetur; quantum fieri potest, conferam in pauca.

Quod Tarsum Ciliciae, quae Straboni & Ptolemaeo Πεδιὰς, seu *Campestris* proprie dicitur, urbem principem, antiquitate sua, multisque aliis nominibus inclytam, BAALI suo, sive IOVI, honores summos religiosissime, tantaque reverentia detulisse, ut apud Cilicienses TARSENSIS cognomen sortitus fuerit, ipsa illa epigraphe apertissime declarat. Τȣ̃ autem BAAL, ut Phoenices & adjacentes populi hoc Dei sui nomen efferebant, vocabulo & Graecorum & Latinorum JOVEM

alias dicebam, tantum me potuisse, ut quae perquam obscura, atque implexa hisce in litteris in-

---

praesertim designari crediderim. Quamvis idem nomen multis commune fuisse falsis numinibus alias observavi pag. 134. seq. 140. De quo confer Seldenum *De Diis Syris* Syntagm. II. cap. I., ejusque Interpretem Andr. Beyerum in suis *Additamentis* ad eumdem, & perplures alios, quos recenset doctus Hieremia a Bennettis, *Chronolog. & Critic. Histor. profan. & Sacr.* Prolegomen.VII. art.VII. §.X. seqq. part.I. Tom.V.pag.398. seq.

An vero Jovis ipse cognomento Τάρσος, vel *Tarsensis*, cognitus Antiquis fuerit, uno, quod ego sciam, Lil. Greg. Gyraldo observante, *Histor. de Diis gentium*, Oper. Tom.I. col.92., memoriae prodidit Eustathius, *Commentar.* in Dionysii, Alexandrini vulgo dicti, Περιήγησιν Οἰκουμένης, sive *Enarrationem*, vel *Descriptionem Orbis*, seu *Terrae habitabilis*, edit. Henr. Steph. pag. 115.& inter *Geographiae veteris Scriptores Graecos*, Vol. IV. 153. seq. Qui idem Eustathius id se ex Eratosthene, Cyrenaeo, ut ego conjicio, scriptore gravi & vetere, accepisse ibidem scribit. Neque obstaret quod ille ipse Eratosthenes hunc Jovis cognomine Τερσίου *Tersii* vocet, a quo, illo eodem auctore, urbs ipsa Ciliciae nominis sui appellationem mutuata sit. At enim hanc urbem πρῶτον Τερσίαν, imo & Τερσὸν, *primum Tersiam*, & *Tersum* appellatam, ὕστερον δὲ Ταρσὸν, *postea vero Tarsum* fuisse, Eustathius eo loci litteris tradidit. Eodem spectat quod habet Stephanus Byzantinus voce Ταρσός. Nihil igitur est in τῷ BAAL TARZ epigraphes, quod cum ipsa antiquitate non modo non pugnet, sed ei congruenter non aptetur.

Quid vero de altera epigraphe, הנה תכנמו statuendum sit, videamus. Quae priori vocabulo *Hinne*, τὸ *Ecce* insit significatio, nihil est dubii. De altero autem nempe *Tachnemo* rem paullo obscuriorem esse intelligo; eoque magis si pro nomine proprio alicujus suma-

terdum offerunt sese, extricarim ac dilucidarim. Nam si maxime etiam potuissem, ipsius littera-

---

tur herois, aut cujuscumque viri aliqua dignitate conspicui. Quis namque ille heros fuerit eo appellatus nomine, ulla me conjectura haud equidem assequor; in quo sane perquirendo oleum & operam perdidi. Neque ipse Dutensius quid de suo *Tannemog*, quem in altero diversi typi numo ab se pag. 1. producto, se legisse arbitratus est, nihil habuit, quod diceret pag. 23. Ego quidem, si quicquam hoc in vocabulo, quod purum putum Hebraicum, ut etiam alterum, censeo, videre mihi liceat; eo uno haud inepte interpretari sensu arbitrarer posse, videlicet *Diriges eos*, & cum τῷ חנה, *Ecce diriges eos*, nihil ut adversi, nihil infensi, sed omnia secundissima sibi acciderent: tantum scilicet praesidii ex Jove Tarsensi duos stantes viri postulare videntur. Ex τῷ vero תכנמו *Tachnemo*, vel *Tachinemo*, quippe ad analogiam magis accommodate, quid demum aliud exsculpam? nisi τὸ תכן, vel תכין *Tachin*, verbum 2 personae masculinae, ut Grammatice loquar, futuri *Hiphil*, a *Themate*, seu *Radice*, uti ajunt, כון *Choun*, aut *Coun*, *Praeparare*, *stabilire*, *dirigere*, & suum *Affixum*, quod vocant, *Poeticum* in Psalmis, Jobo & Proverbiis usurpatum, nempe מו *Mo*, *Eos*, loco τοῦ ם, vel הם *Hem*, uti in libris caeteris Veteris Testamenti Hebraei illud vulgo abhibent. At haec de epigraphe longe pluribus; quam mihi statim propositum erat, verbis exposui.

Jam ex Borgiani Musei numo plumbeo, cit. Tabul. n. 3., notas haud dubias, mea sententia, prae se ferente vetustissimae aetatis, sin minus ad urbem Tarsum, certe ad Ciliciam spectante, quid erui quoque possim, quod aliquo modo satisfaciat, declarabo paucis.

Hunc ipsum numum, sed argenteum, in vulgus emisit Pellerinius, *Peuples*, Tom. III. Tab. CXXII. n. 8. In cujus tamen epigraphis hinc inde insculptis, partim ali-

turae ratio in aliquot Φοινικῶς inscriptis metallis, aut lapidibus ejusmodi est, ut vix, ne quid dicam

quantum detritis, partim integris, describendis Cl. viri diligentiam desidero. Atqui Borgianus numus ab antica caput prodit egregie galeatum cujusdam viri, virtute militari insignis, effigie sua numorum Fulv. Ursini, Swintoni, Pellerinii, Dutensii typis ipsis omnino similis; adversam habet epigraphen nitidissimis exaratam litteris Phoeniciis, quas ad veterum monumentorum fidem si rite exigantur, legendas esse existimarem hoc modo = ורנבזו *Varnabazo*; retro caput tres alteras deprehendo litteras, quarum intermedia *O*, seu ע *Aaïn*, plane integra, caeterae duae paullulum exesae quidem, vestigia tamen haud obscura relinquunt elementorum ב *Beth*, & ר *Resch*. Legendum igitur esset τὸ בער *Baar*, id est, *Exarsit*, scilicet pro patria ille ipse VARNABAZO: de quo viro quid haberem dicere, equidem me latet. Hoc unum intelligo, eo nomine in epigraphe clare expresso, quemdam bellatorem sive Regem, sive Principem sive heroem ob res praeclare vel belli, vel domi ab se gestas, in numo fuisse salutatum. Postica Jovem repraesentat sedentem, dextra tenentem hastam: retro adest epigraphe = בעל תרז BAAL TARZ, de qua satis ante dixi.

Nunc vero quid illud quoque est, quod de aliis ejusce generis numis ad Ciliciam, praeunte Cl. Eckhelio, referendis, paullo superius pag. 620. animadverti? Ac ne illud quidem alienum est de Cl. Dutensii in Phoeniciis numis explanandis industria rursum dicere. Nam ejusdem Ciliciae Campestris urbi MALLO, versus Pyrami ostia, ut duos hujusmodi numos argenteos, at certe aliorsum spectantes, (Vide supra pag. 122. seq.) adjudicaret, id onus sibi incubuisse intelligo loc. cit. Dissert. II. Tabul. I. n. 3. & 4. pag. 125 — 131. Eo autem argumento illud demonstrandum suscipit, quod littera 𐤌, seu מ *Mem*, quae utriusque numi adversae parti inscripta, sub Jovis sedentis, dextra Aquilam, botrum & spicam

amplius, illud pati videatur; nisi ex aliis monumentis, quae jaceant in tenebris, at, novo fa-

ferentis, & sinistra hastam, sella legitur, non esse *numericam*, sed ad aliquam designandam urbem omnino pertinere. Recte sane. Mitto quod numi modulus atque fabrica ab Siciliae adscriptis numis toto caelo aberrare videatur. Quod vero MALLUM indicet haec littera ש; id ipsum est, quod falso sibi sumit Dutensius. Quasi altera epigraphe aversae partis utriusque numi Leonem depascentem Taurum exhibentis, alicui demonstrandae urbi neutiquam inserviret. Qua in re Cl. vir vehementer fallitur. Sed eadem epigraphe, scilicet מזרך *Mazarach*, uti ipse idem minus recte legit, nulli, ait ille pag. 126., designandae urbi nobis cognitae convenire potest. Id equidem fateor, si ea ratione exponatur inscriptio. At vero legendo τὸ מזכך *Mazacac*, ad quam vocem illa solitaria littera ש *Mem*, de qua modo dixi, necessario alludit; omnis difficultas evanescet. Qua in ἐπιγραφῆς lectione sese statim offert urbs ejusdem nominis MAZACA, quemadmodum antiquitus, ut ab Strabone praesertim lib. XII. pag. 811. seq. al. 537. seq. & Flavio Josepho, *Antiquitt. Jud.* lib. I. cap. VI. traditum litteris est, primum appellata; deinceps dicta Ἐυσέβεια, longe vero post CAESAREA vocata, quae Cappadociae Μητροπόλεως dignitate gaudebat; at ita tamen ut antiquius ejus nomen oblivioni non prorsus daretur. Quod observatum a Cellario est, *Notit. Orb. Antiq.* lib. III. cap. VIII. §. CXIII., tum a Cl. Eckhel, loc. cit. part. I. Vol. III. pag. 187., ipsique Phoenicii numi, sed iis eruditis viris aliisque omnino incogniti, planissime demonstrant. Immo vero hanc nobilissimam Cappadociae Metropolim, Hieronymi aetate, ab ipsis indigenis MAZACAM fuisse appellatam animadvertit Ezech. Spanhemius, *De praest. & usu numismat. antiq.* Dissert. VIII., quae conferenda pag. 473. seq.

Neque vero secus hanc inscriptionis lectionem ar-

vente numine, aliquando fortasse prodituris (quod quidem sperare licet) aliqua lux ei adfulgeat.

---

bitror statuendam. At enim, etsi postrema epigraphes duo elementa non una eademque describantur forma, (quae scripturae varietas ob duorum characterum ejusdem classis concursum, hac in litteratura haud raro accidit, non diffitente ipso Dutensio) eorum tamen genuina vis ac potestas iisdem plane Phoeniciis comprobatur monumentis, quae paullo ante commemoravimus: vid. & pag. 471. Nihil ergo hisce in elementis occurrit, quod ab τῶ כ, vel ך *Caph*, finali Hebr. vera atque nativa potestate sit alienum.

Quod autem Strabo in primis eamdem Cappadociae insignem quondam urbem, nomine Μάζακα loco τῶ Μάζακακ, ut habet ipsa epigraphe, appellarit; quid mirabile videatur? Urbis nomen desinentia sua aliquantum asperum, Graecisque idcirco auribus minus gratum, neglecto, vel supresso postremo ejus elemento κ ad linguae suae sonum strabonem transtulisse, quis non percipiat? Quod, ut moris erat Graecorum, saepe alias observavimus. Nihil enim vulgatius, quam unum idemque vocabulum in diversis dialectis cum aliqua varietate efferri. Nomina vero Orientalium & barbarorum Graece tradita, ab sua origine passim paullulum deflectere, jam adnotarunt eruditi viri, in primis Spanhemius, loc. supra cit. Dissert. II. pag. 126. seq. & in addendis pag. 720.

At quid de altera dicemus in utriusque autonomi numi parte adversa, obvia epigraphe = בעל תרז *Baál Tarz*? Ex ea ego hoc unum colligerem, Jovis *Tarsensis* cultum in Cappadocia Ciliciae Campestri finitima, & potissimum apud Mazacenses obtinuisse. Restat ut declarem, quam epocham signent due *numericae* litterae purae putae Phoeniciae, utriusque adversae partis Mazacensi inscriptae numo, in quibus definiendis mirum quantum Cl. Dutensius rem miscuit, atque turbavit

Quae sane monumenta nobis hactenus ignota, bonis autem, ut rursum hoc dicendi genus usur-

---

loc. cit. Dissert. not. pag. 126 — 128. Enim vero quae in numo n. 3. habentur *numerales* notae, videlicet 𐤕𐤍, seu תנ *Tav*, *Nun*, annum indicant 450., quo percussus numus fuit, & quidem ab aera repetendum Seleucidarum. Quae numi nota in annum incurrens Christ. 139., U.C. 888., adeo certa est, ut nullum Antiquariorum me unquam legisse memini, qui de potestate *numerica* litterarum & Hebraeis & Phoenicibus & Chaldaeis & Syris jam usque a primis aetatibus usu recepta, τὸ תנ in ratione temporum aliter supputandum excogitarit. Est ea de re doctissimorum virorum unanimis consensio. Et tamen Cl. Dutensius idem ille est, qui aut novitatis studio incitatus, aut quasi sui oblitus, secundam literam 𐤍, seu נ *Nun*, pro τῷ 𐤓, seu ר *Resch*, accipiens, malum! sed patiar; ex utraque nimirum תר *Tau*, *Resch*, eas dextrorsum legendo nobis exsculpat annum 109. aerae Seleucidarum. Quae ratio annos eo computandi modo harum litterarum ope atque praesidio, & sane prorsus insolita, quid tandem illud est, nisi hoc ipsum est plane ἀσύστατον?

Video equidem quae res Cl. virum in hunc induxerit errorem. Credidit ipse, se eumdem annorum efficere numerum posse, has computando suas Phoenicias litteras more Graecorum. Scilicet τῷ תר, uti ipse perperam legit, quod tamen annum 600. haud dubie exprimeret, nihil aliud inesse, ejus sententia, quam vim, aut potestatem *numericam* Graecarum litterarum ρ΄ & ϑ΄, seu anni notam 109. Qua praepostera atque insolenti, eaque inepta annos numerandi opinione ductus, notam alteram numo n. 4. revera adscriptam, nempe 𐤌𐤓, seu רם *Resch*, *Mem*, quae ad annum ab Seleucidarum aera repetendum nos ducit 240., ante Christi natalem diem 73., annum 140., Graecis ρ΄μ΄, innuere commentus ille idem est. Perinde ac si Phoenices ali-

pem, auspicantibus Diis, in manus hominum si unquam emittantur; materiem utique habebimus

---

qua epocha, vel lapides, vel suos propriis characteribus signantes numos, illorum *numeralem* valorem ad litterarum exegissent Graecorum. Elementis quidem, sive graecis litteris Seleucidarum aeram indicantibus, numos eosdem suos puras putas Phoenicias alioquin prae se ferentes ἐπιγραφὰς, illos interdum obsignasse, perplura exstant exempla a Vaillantio, Froelichio, Pellerinio aliisque producta; nosque suo loco nonnulla protulimus. Verumtamen inaudita plane res est, Phoenices ipsos, etiam dum Graeco-Macedonum parerent imperio, unis alphabeticis suis ad computandos annos utentes litteris, ab earum *numerica* potestate recessisse. Verbo, a communi cumprimis veterum Hebraeorum numerandi consuetudine in litteris alphabeticis suis ad notas arithmeticas traducendis, Phoenices quoque numquam declinarunt.

Quamquam a Phoenicibus suas Graeci accepissent litteras, ut vulgo recepta & plerisque eruditorum quam maxime probata ea fert opinio, ac saepe alias ostendimus; ipsique Graeci in *monadibus*, *decadibusque* numurandis, una aut altera excepta, cum illis conveniunt; in *centenaris* tamen & *millenariis* suputandis hos ab illis mirum quantum dissentire, aperta res est. Quod autem ad duo spectat ἐπίσημα, nempe Βαῦ, seu ϛ, vel Digamma Æolicum F, a duplicis Γ *Gamma* similitudine sic appellatum, quodque senarium valet numerum, & τὸ Κόππα, seu ϙ, notam nonagesimam referens, haec, inquam duo ἐπίσημα, quae Graeci posterioris aetatis ad designandos numeros 6. & 90., induxerunt, in primitivo Cadmeo-Graeco Alphabeto exstitisse, & ab elementis Hebraeo Phoenicio-Samariticis ࠅ Hebr. ו *Vau*, & ࠒ, Hebr. ק *Koph*, nata esse, sed eorum prisca forma ab Graecis deinceps aliquantum immutata, alibi declaravi, videlicet nostrae *Diatrib. de Bibliograph.*

multo uberiorem, ad hanc, in qua operae tantum ac temporis doctissimi viri nostra praesertim me-

Antiquar. & *S. Critic. aliquot. capitibus* sect. v. pag. 102. seq. al. 326. seq.

Sed non est, quod iis immoremur, quae doctissimi viri, ibidem a nobis commemorati, quique de *Graecorum notis numeralibus* commentati sunt, bene demonstrarunt. Quibus adde Eduard. Corsinum *in notas Graecornm ab se collectas & illustratas Prolegomen.* §. III. pag. m. XXII. seqq. = Ioseph. Eckhel, *Doctrin. num. veter.* part. I. Vol. IV. cap. XX. sect. III. pag. 381. seqq. Cujus quidem docti Antiquarii de iisdem episemis sententiam ita comparatam intelligo, ut nostram de integro Phoenicio-Cadmeo alphabeto (Vide supra pag. 49. seqq.) in Graeciam antiquitus inlato, haud parum firmare videatur.

Haec porro de notis *numericis* & Phoenicum & Graecorum ἐν παρόδῳ propterea attigi, ut quantum a vero abhorreat Cl. Dutensii nova ac plane insolita opinio, Phoenicias litteras, quibus duo inscribuntur, quos expendimus, numi, ad potestatem *numeralem* reducentis nòtarum Graecarum, appareret. Quae cum ita sint, tota utriusque numi temporum, quibus percussos eos ponit, corruat necesse est a Cl. viro excogitata pag. 127. seq. chronologica ratio. Nam uno arbitratu suo retrahit in annos 109. & 140. ab Seleucidarum aera computandos, quae essent in annos 240. & 450. indubitate rejicienda. Ac quod porro de iisdem dixi numis MAZACAE, mea quidem sententia, adjudicandis, item dicendum existimarim de aliis id genus ad hanc Cappadociae urbem referendis ab Cl. Eckhelio, *Numor. veter. anecdot.* Tabul. XVI. n. 14. part. II. pag. 310. ∽ *Catalog. Musei Caesar. Vindobon.* Tab. v. n. 5. & 6. pag. 287. & in Museo Pembrochian. part. II. Tab. 8. num. 6. 7. 9. exhibitos.

Sed ne longius progrediar, quasi properans ac

moria clari posuerunt, magis magisque amplificandam atque ornandam litteraturam.

---

brevibus perstringam quae de aliquot ab Cl. Dutensio productis, quos praetermisi, numis ipse commentatus est. Quid vero ad alias epigraphas Phoenicio-Punicas accommodate, quidque minus apposite scripserit, cum jam animadversum sit; nunc omittatur. Etenim quantum in eo studii genere idem ille posuerit & industriae, facile ex iis, quae pag. 122. seq. 402. 412. seq. 438. 527. 535. seq. 568 — 571. 575. 579 — 581. 591., adnotavi, possumus conjicere.

Quamobrem redeo illuc, & concludo paucis. Quid ergo censemus de duobus Numidicis numis, non Africanis certo litteris, ut scribit Cl. Eckhel, *Doctr. num. vet.* part. I. Vol. IV. pag. 132., sed puris putis Phoeniciis descriptis characteribus, quos eruditus Dutensius protulit Dissert. I. Tabul. 2. n. 10. pag. 67. seq. & Dissert. II. Tab. I. n. 5. pag. 132. seq.? In *ἐπιγραφῇ* haud dubie legendum est ϒ7O9, seu בעגא *Baága*, vel *Bága*, ut recte vidit Dutensius. Qua vera lectione inductus, permutato autem *τῷ* ב *Beth*, in *τό* ו *Vau*, quod in Orientalibus praesertim linguis saepe usu venit, numos hosce duos suos VAGAE, Numidiae propriae mediterraneae insigni oppido, addicendos jure merito doctus vir judicavit. Veteres namque, modo *Οὐάγα* *Vaga*, ut Ptolemaeus, modo *Βάγα*, *Baga*, ut Plutarchus in *Mario*, observante Cellario, *Notit. Orb. Antiq.* lib. IV. cap. V. §. XVI. pag. m. 903., indiscriminatim scribebant.

Tres apud Dutensium alii remanent numi breviter quoque mihi expendendi. Horum primum, Dissert. II. Tabul. I. n. 1. pag. 121 — 123. urbi GAZAE in Iosue & Iudicum libris celebratae & עזה *Aza*, appellatae, uni *πενταπόλεως* ex quinque Satrapiis Philistinorum, Dutensius accensendum duxit. Quem tamen numum ACONI (Vid. supra pag. 579. seq.) potiori jure adjudicandum existimarem. Ipsa enim Phoenicia inscriptio, nempe

Verumtamen si quidquam commodi atque utilitatis cum ex nostris qualibuscumque, quas toto

numo, quid demum contineat nisi τὸ ע *Aaïn*, & quatuor notas *numericas* rectis expressas lineis, quibus & annus percussurae numi designatur? Atque hanc ipsam urbis initialem litteram ע, ACONEM omnino indicare, palam facit alia epigraphe, videlicet ⊣O, seu עך, altera ejusdem plane commatis insculpta numo, atque à Barthelemyo haud levioris ponderis ac momenti argumentis, sicuti loc. cit. & pag. seq. observavi, eidem civitati merito adscripta.

Quos denique caeteros duos profert numos Cl. Dutensius, quorum unus ead. Tab. n. 2. duobus tantum ex aversa inscribitur litteris, scilicet V ⱳ, seu מש *Masch*, & capite Regis diademati in adversa insignitus; alter vero in ejusd. Dissert. fronte aeri incisus exhibetur, ac duas solum in postica inscriptas prae se fert litteras, nemqe O ∧ seu גע *Geè*; priorem fortasse MASSINISSAE, ait ille, vel *Massylis* Numidiae, quibus ipse Rex imperabat, vel *Masis* Mauritaniae Tingitanae populis, vel *Mesene* in Cypro insula; postremum autem forte GELAE (in Sicilia) olim *Goloi*, inquit ille idem (sed potius *Geloi*, Graecis enim scriptoribus Gelae oppidani erant Γελῶοι) ingeniosa sane conjectura tribuendos eruditissimus Hybernus censuit. Quocum ego ea de re contendere nollem. Hoc unum dicam, prioris numi modum fabricam omnino Africanam arguere.

Quamvis autem in hisce eruendis postremis ἐπιγραφαῖς nihil videam, quare docti Dutensii industriam desiderem; vellem tamen in Alphabeti sui Tabul. III. pag. 92—103. Phoenicio-Punicarum & Siculo-Punicarum litterarum nobis exhibendo diagrammate, aliquanto majori usum ipsum fuisse diligentia. At enim, ut unum praeter caetera afferam exemplum, Lepti magnae, ut videtur, Syrtis majoris in Africa oppido, numos aliquot perperam adjudicando, Dissert. II. pag.

hoc paragrapho tertio persequuti sumus, observationibus, tum ex ipsis cumprimis, quae ad ma-

135. seq., quos Bocchi Regis esse perplura sunt, quae demonstrent, nativam litterae ℣ iisdem inscriptae numis vim ac potestatem in unam classem rejecit, quae ad aliam certo pertineret. Accedit illud, quod ab Cll. virorum Swintoni, Barthelemyi, Pellerinii ac Perezii-Bayerii hoc in studii genere lapsibus non satis sibi praecavens, nonnulla in eodem Alphabeto partim miscuit ac perturbavit, alia vero partim neglexit, quae aliquot litteris aliorsum prorsus spectantibus, quibusque autem ad veras suas revocandis classes, magno certe usui fuissent. Quod quidem Alphabetum copiosum sane, & quantumvis caeteris perplures ac varias comprehendentibus characterum formas, minus imperfectum, si tamen in Phoenicio-Punicis versandis monumentis coeco quodam impetu sequeremur; iis, ut ita eloquar, similes essemus, qui post varios multiplicesque circuitus, atque anfractus portum quaerentes, in illas demum inciderent syrtes, quibus incerto cursu navigantes naufragium facerent.

Non hoc autem eo dico, quo eruditissimi hominis, ac de litteris caeteroquin optime meriti, conatus ad ejus generis ornanda monumenta non plurimi faciam. Ex quibus profecto si non magnos ex omni parte, eosque uberes, aliquos tamen cepimus fructus. Enim vero in illo instruendo atque disponendo Alphabeto, Dutensium haud pauca congessisse perlibenter agnosco ex fontibus hausta Phoeniciae litteraturae.

Ac unum quidem est, quod, ne quid dissimulem non possum, quin nisi invitissimus improbare ausim. Atque id ipsum est, quod de eruditorum hominum hac in litteratura ante susceptis laboribus, earumdem suarum Dissertationum edit. I. Londinens. 1773. in 4to. *Praefat.* pag. III. scripserat Cl. Dutensius; quodque *Praefat.* pag. XIII. edit. II. ex parte repetit, videlicet

nus habuerimus, licet haud multis, sed iis attente ac diligenter inspectis monumentis, capere

——Cum primum hoc ingressus studium fuisset, mirari sibi subiit, plus se conjecturarum reperisse, quam regularum, quibus vera & falsa judicentur; plus dubitationum, quam rerum explorate cognitarum; plus demum loquacitatis verbosas crepantis strophas, quam scientiae.—— "Dès le premier pas que je fis dans cette „ carriere, je fus surpris de trouver plus de conjectu- „ res que de regles, plus de doutes que de certitudes, „ plus de charlatanerie que de science „. Haec ille. Quae si J. Burch. Menckenio cognita unquam fuissent, habuisset utique alia plura, quibus *De Charlatanería eruditorum declamationibus duabus* suis accessionem adjunxisset. Verum apage haec dicteria. Perinde quasi docti homines in iisdem versandis Phoeniciis litteris nihil ferme nisi inane, nihilque nisi inutiliter pertractatum reliquissent nobis. A quibus tamen doctis viris quantum in hoc studio ipse Dutensius profecerit, non potuit non confiteri. At enim, ut quod res ipsa poscit, libere dicam: si quidquam bonae frugis iisdem in suis de hoc argumento Dissertationibus deprehendatur; illud omne, doctissimi viri venia dixerim, paucissimis exceptis, a Barthelemyi in primis doctrina ipsum mutuasse, neminem fore arbitror, bona si agat fide, quin perspiciat. Verum bene habet, quod id dicteriorum genus si quibusdam fortasse, certe non omnibus hac in litteratura exercitatis fucum fecerit. Quo circa ipsum Dutensium doctorum hominum labores injuria sic exagitantem, non sine ratione castigarunt Cll. Auctores Ephemeridum Parisiens., seu *Journal des Sçavans*, mens. August. 1773. pag. 1588. seqq. & Mens. Jun. 1778. pag. 1207. edit. in — 12mo. At De Cl. Dutensio, cujus singularem eruditionem & facio & semper faciam plurimi, hactenus.

Ac satis mihi multa de Cll. aetatis nostrae Antiqua-

nobis licuit; eo potissimum omnis spectare debet industria nostra, uti aliquod Phoenicio-Pu-

tiis verba fecisse mihi videor. Reliquum est, ut de numo, qui unus remanebat explicandus, tuo egregio Phoenicio, Praestantissime Cardinalis STEPHANE BORGIA, dicendum esse videatur. Hunc in aes incisum exhibui *Tabul.* eorumdem *numorum* &c. n. I. Estque tetradrachmus argenteus, forma atque caelatura insignis. Adversa parte, eaque superiori paullulum detritus, ab uno, quantum ego sciam, Cl. Josepho Eckhel, *Catalog. Mus. Caesar. Vindobonensis* part. I. Tabul. V. n. 7. & 8. pag. 287. ∽ *Numor. veter. Anecdot.* part. II. Tab. XVI. n. 17. pag. 310., editus, sed *incertarum urbium numis* ab se adnumeratus, —— Navim, militibus, quos vectores ipse appellat, galea, clypeoque munitis, ac prora capite arietino re vera exornata, instructam numus praefert, subtus vero equum marinum. —— Ex aversa Leo, cervice excutiens Taurum, unguibusque & morsu eum frangens atque discerpens, infra cujus ejusdem Leonis pedes monogramma ☧, quod eruditis quid sibi velit explicandum nunc relinquo, observatur. —— Superne Phoenicia adest epigraphe ab ipso Eckhel in totum, si quid judico, prolata, at suis ab se delineatis elementis maximam partem misere depravata; quam tamen summa fide atque accuratione descriptam aeri incidendam curasse, ipse adfirmat. Atque in eam Eckhelianam inscriptionem cum diligenter inquiro, praeter primi vocabuli litteras duas priores, in quibus legere mihi videor 𐤏𐤌, sive עם *Am*, i. e. *Populus* nihil ferme ex caeteris elementis hanc ac sequentem alteram ἐπιγραφῆς vocem complexis, expromere audeo, quod mihi aliquantum satisfaciat. Quare ab conjectura iisdem de litteris in Eckheliano ectypo obviis, facienda contineo me.

In Borgiano autem numo priora ipsarum litterarum, una fere excepta, nempe 𐤌 *Mem*, cujus vestigia

nicarum litterarum diagramma, & quidem multo accuratius expressum, quam hactenus factum sit,

---

apparent, lineamenta singula ita exesa, quod gravate fero, esse intelligo, ut quid illis indicetur, neque Oedipus conjector forsan divinaret. Verum, mea quidem sententia, habemus tamen, unde nos saltem extricemus, uti de numi natali domo quicpiam non modo similitudinis veri, sed etiam certi, bono auspicante Deo, statuamus. Enimvero Borgiani tetradrachmi epigraphes postrema dictio aperte exprimit τὸ 𐤔𐤋𐤍𐤃𐤓, שלנדר *Schelendr*, vel *Scelender*, fortasse שלנדרז *Schelendriz*, cum littera ז *Zain*, in fine ejusdem vocis. Verum an haec littera in Eckheliano typo aliquo modo, ut videtur, adumbrata, legenda revera sit, vix definirem. In Borgiano namque numo ejusdem litterae ז nullum ferme comparet vestigium. Quocumque pacto res habeat sese, ad quam urbem & regionem tetradrachmus pertineat, licet ab Antiquariorum nemine indicatum fuerit; nihilominus illud exploratum esse atque perspectum existimo posse.

Quoniam vero Hebraei & Phoenices elemento C omnino desunt, cujus vicem in eorum alphabeto supplet τὸ ש *Schin*, vel *Scin*; vocem eam ipsam *Schelendre*, aut *Scelender* in epigraphe clare conspicuam, sive *Scelendriz* etiam legatur, hanc, inquam, vocem nihil aliud esse, quam *Celenderim*, vel Κελένδεριν, uti eo nomine ipsam urbem appellant Strabo, Ptolemaeus, Apollodorus, tum Flavius Josephus atque Plinius, apud Christoph. Cellarium in *Not. Orb. Antiq.* lib. III. cap. VI. pag. m. 197. seq.; vel ipsam eamdem CELENDERIM, quemadmodum Pomponius Mela & Tacitus eam vocarunt. Quapropter CELENDERI procusum tetradrachmum fuerit oportet. Quamquidem urbem portu suo insignem, sicuti ex navis symbolo plenissime colligitur, veteresque scriptores, quorum modo memini, abunde testantur, in CILICIA ASPERA, sive

demum eruamus;atque ita ut ejusdem litteraturae fontes aperiantur plenius: indeque id studii ge-

---

TRACHEA, ad latitud. grad.36. circiter & longitud. 51. sitam fuisse, in sua *Asiae minoris Tabula Geographica* D'Anvillium adnotasse video.

At erunt fortasse, qui posterioris verbi penultimam litteram aliter atque ego ipse facio, esse legendam, eamque non ad τȣ̃ ד *Daleth*, sed ad τȣ̃ ג *Ghimel* classem potius pertinere idcirco τὸ *Celenbr*, vel *Scelenbr* in ἐπιγραφῇ revera esse judicabunt. Hi autem si didicerint, utramque litteram in hujusce generis inscriptis monumentis formas suas invicem permutasse, neque unum eumdemque ac constantem in illis semper obtinuisse habitum, (nam elementum ࠃ, ד *Daleth*,Hebraeo-Phoenicio-Samariticum ad τȣ̃ ג *Ghimel*, saepe formam ac figuram in Phoenicum atque veterum Graecorum, monumentis proxime accedit) non admirabuntur,me in hoc exponendo atque describendo elemento ad τȣ̃ ד *Daleth*, classem illud ipsum jure quodam revocasse.

Est igitur nostrum inscriptionis elementum τῷ ד *Daleth*, Hebraici hodierni, seu Chaldaici figurae maxime congruens, sed inclinatum utraque, hasta sua laterali angulum rectum conficiens, linea autem nudatum infima, contra atque in quibusdam aliis inscriptis Phoenicum & Graecorum metallis deprehendere me memini. Quam porro τȣ̃ *Daleth* Phoenicii, sive etiam Hebraici formam antiquissimam fuisse, sunt eruditi viri, qui non immerito censeant. Quartum vero elementum in Borgiano autem numo paullulum exesum, τὸ ל, *Nun*, licet inversum indicare, spero fore, ut docti homines mihi concedant. Cui sane τȣ̃ נ *Nun*, lectioni nostrae plurimum suffragatur & numus alter a Pellerinio editus, *Peuples*, Tom.III. Tabul.CXXII. n.II. tum etiam Eckelianus typus;in quo quidem ego deprehendens τὸ ם,sive עם *Am*,percussum numum idcirco

nus, in quo errari facile potest, tutius, securiusque pertractandi praecepta sumamus. Quod si

---

populi ejusdem civitatis nomine fuisse existimarim.

Hoc autem de hac & altera littera animadversum volui, ne quis haec nostra legens, quidvis aliud quam Celenderim urbem voce postrema indicari arbitraretur.

Ac in hoc quoque numo cum ego sum, res ipsa poscere videtur, ut alterum numi typum tacitus non praeteream; videlicet aliud ejusdem tetradrachmi exemplum Borgiano simillimum, ex una tamen parte proram, sed equino distinctam capite, Cl. Eckhel loc. cit. *Musei Vindob.* Tabul. v. n. 8. pag. 287. adtulit. Hunc vero numum item argenteum, ex altera vero *incusum* doctus Antiquarius putat, sive monetarii vitio, sive more, ait ille, apud quamcumque eam gentem recepto. At Cl. viri pace dixerim, vetustissimi autotypi vestigia, sicuti unum Tauri cornu & peripheriae nonnulla residua ornamenta in ipso Eckheliano typo clare deprehensa, contra nituntur, eaque efficiunt, ut *incusum* eadem aversa illa parte numum, qui vetustate detritus quam maxime potius erat dicendus, adseramus.

Atque eo etiam loci non est illud omittendum, quod *Num. veter. ancedot.* loc. cit. pag. 310. eruditus ipse Eckhel litteris mandavit. Is namque in ea est haeresi, epigraphen ipsam, qua tetradrachmus alter n. 17. signatur, quod quidem a Borgiano nequaquam discrepat, alterius esse linguae ab caeteris, nempe n. 14. 15. & 16. notatis, quorum ibid. meminit, quosque omnes tamen & singulos unam manifeste patriam agnoscere, sat opportuno monuerat. De quibus numis cum superius pag. 629. dixerim, non est quod rursum dicam. Hoc interim hanc in rem animadvertam, una sermonis Phoenicii & litterarum ejusdem gentis ignoratione in hunc errorem inductum eruditissimum virum fuisse, numus ipse n. 14. adversa partem typum se-

ex sententia assequamur, aut si quo plus, ut assequamur industria nostra contenderimus; eo scilicet propius, si quid assiduo labore, cura ac diligenti studio profici potest, accedemus.

Prope infinita, Ornatissime Cardinalis, de his sive metallis, sive lapidibus, Φοινικῶς inscriptis monumentis dici possent. Verum, quoniam Te diutius fortasse, quam par fuit, sum remoratus, (quod tamen, quia argumenti varia ratio postulabat, ac necessario mihi esse faciendum intellexi, & Tu, spero, boni consules) ut finem aliquando nostra inveniat oratio, me omnia hortantur. Nam ex hucusque copiose sane disputatis, & quae cumprimis Phoeniciae dialectus natura fuerit atque indoles, & quemadmodum eruditi Anti-

dentis Jovis sistens, & hujus similes, quos indicat jam editos, demonstrant plane ad veritatem. Non omnes quidem hi numi ad unam eamdemque spectant sive patriam, sive regionem. Alios enim Celenderi, alteros fortasse Tarso, vel in ejus vicinia, eorum unum Mazacae in cappadocia, uti supra ajebam, procusos esse, si mihi illud adsumem, me multum a vero aberrasse, haud equidem arbitrarer. Ac de hoc Borgiano numo satis dictum esto. Laboris autem & industriae qualiscumque nostrae in id genus exponendis numis aliquem tandem terminum statuamus. Quamquam vero nonnullos hujusmodi, brevitatis ergo, de industria duximus omittendos; ex iis tamen a nobis hactenus disputatis, ea que de re constitutis doctrinis, non pauca, ut videtur, colligi arbitramur posse, quae ad illorum numorum interpretandi rationem assequendam viam nobis parent.

quarii ad hujus litteraturae vel indicandos, vel aperiundos fontes suam operam atque studium contulerint, ita ut omnis ejus cursus perspici queat & exitus; cum jam satis cognitum haberi mihi videatur, rem non exponam pluribus verbis.

Operis ergo me ratio & modus & ipsa jam justo nimia voluminis moles admonere videntur, ut heic vela contraham. Quamobrem Alphabeti Phoenicio-Punici Tabula in aes diligenter incisa, suo loco describendi & cum Hebraeo-Samariticis collati litteris, diagrammate exhibendo, nunc supersedens, in alterám hujus Commentationis nostrae rejicere partem satius esse duxi, quae erit de Borgiano Hebraeo-Samaritico-Numo, re Phoenicum litteraria illustrando. Atque ea occasione in fontes ipsius litteraturae inquisiturus Hebraeo-Samariticae, caeteros Borgiani Musei eidem adscribendos classi, numos quoque sumam ad explicandum. Quod alterum, & sane haud injucundum argumentum ea ratione tractare, quantum quidem in me erit, aggrediar, ut conferendo in pauca, quae ab doctis hominibus fuse disputata sunt; nihil tamen eorum praetermittam, quae ampliori indigere explanatione videbuntur, quaeque idcirco conducere ad illud magis ac magis illustrandum possunt.

Nunc vero modum faciam, deinceps, sicuti σὺν θεῷ spero, pergam ad reliqua. Te vero, Stephane Borgia, Cardinalis Clarissime, qui mihi, ut ha-

rum litterarum illustrandarum onus susciperem, vehementer auctor fuisti; quique quam bene erga mea studia sis animatus, tam saepe significasti; etiam atque etiam rogo, ut si minus acute in iis, quae de litteraturae Phoeniciae fontibus disserui, viderim, aliqua vero minus diligenter & accurate de iis scripserim, quam argumenti dignitas postulasset ac ratio; meam tamen obsequendi Tibi voluntatem & studium haud improbare non dedignere. Quod si hoc observantiae genus in Te meae acceptum Tibi cognovero, novas mihi dabis vires, quibus perficere conabor quae in altera hujusce disputationis parte remanent exponenda.

PARTIS I. FINIS.

Pag. 572

Ex Museo Illmi D. Hieronymi Tanini



Emendanda

EMENDANDA ET ADDENDA.

Quum hanc mihi primam Commentarii nostri partem relegenti, haud pauca in adnotationibus praesertim excidisse, vel Typographi sive incuria, sive inscitia, vel ingenii mei imbecillitate, aut depravate, aut minus attente, minusve accurate expressa intellexerim; ad officium plane meum pertinere arbitratus sum, nihil eorum, quantum oculorum nostrorum ferret acies, eo loci praetermittere, quae offendere ac remorari lectorem possint.

P. *paginam*, **L.** *lineam*, **N** *notas*, τὸ ☞ *addenda indicant*.

Pag. 12. *lin. penult. lege* seorsum. *p.* 20. *n.* (2) *l.* 3. *dele* quae. *p.* 24. *n. l.* 27. *lege* φαραῶνα. *p.* 26. *n. l.* 31. *lege* pag. 286. *p.* 38. *l.* 25. *lege* inlatis. *p.* 43. *n. l.* 16. *lege* Strabo. *p.* 47. *n. l.* 24. 25. Ludovicus, *lege* Lancellottus: *qui error in paginas* 58. *n. l.* 2. = 146. *n. l.* 5. & 147. *n. l.* 10. *irrepsit. p.* 5·. *n. l.* 16. habuisse, *lege* fuisse. *p.* 56. *n. l.* 1. & 2. *lege* Cadmeis. *Ibid. l.* 11. *lege* ac. *p.* 60. *n. l.* 22. *adde*, Vide quae hanc in nostram sententiam ante disputarat Cl. Benedictinus de Vaines, *Dictionnaire raisonné de Diplomatique*, edit. Paris. 1774. Tom. I. pag. 50 — 56 *p.* 62. *n. l. penult. lege* quae sive intercederint, sive aetatem tulerint, *p.* 71. *n. l.* 1. *lege* lumine. *p.* 79. *n. l.* 19. *lege* eruamus. *p.* 81. *n. l.* 26. *lege* חמנחא. *p.* 82. *n. l* 6. *lege les*, ☞ *p.* 93. *n. l.* 13. *lege* Phoenicio - Punica & Graeca inscriptio, seu bilinguis. *p.* 95. *n. l.* 16 Jo. Georg. Graevii, *lege* Petr Burmanni. Hunc enim Thesaurum digeri quidem coeptum ab Graevio, sed continuatum, absolutum atque perfectum ab Burmanno fuisse, qui suis Praefatt. & illum auxit & illustravit, nemo doctus est, qui nesciat. *p.* 96. *n. l.* 25. Graeviani, *lege* ejusd. Burmanni. *p.* 105. *n. l.* 6. *lege* τετραγράμματον. *p.* 115. *n. l.* 5. *lege* Carthaginiensi bus. *p.* 113. *n. l.* 9 *dele* τὸ hoc. *p.* 118. *n. l* 8. *lege* ἀνδρῶν. *p.* 119. *n. l.* 7. *lege* יברכם. *p.* 121. *n. l.* 3·. *lege* in inscriptione. *pag.* 123. *n l.* 9. τῶ *lege* τὸ. *Ibid. l.* 11. *lege veter. Ibid. l* 12. *lege* part. 1. Vol. III. *ibid. ibid. l.* 15. *pone punctum post* τὸ agat. *p.* 125. *n. l.* 17. *lege* sibi sumpturum. *p.* 126. *n. l.* 13. *post* τὸ Antiquariorum, *virgulam expunge. p.* 128. *n. l.* 13. *lege* non omnino dissentire videtur. *Ibid. l.* 24. *lege* REMPHAH. ☞ Quae de hoc idolo ab Israelitis culto, pag. 128 — 140. disserui, plane ostendunt, illos non esse audiendos Cll. viros, qui hoc vel altero nomine, nempe כיון. *Chiun*, Saturni stellam a Propheta indicari statuant; in quorum numero pono Cl. Ab Mignot, *Xme Mémoire sur les Phéniciens*, Act. Reg. Acad Inscr. Tom. XXXVI. pag. 66. seq. = Jo. Davidem Michaelis, plura hanc in rem in suis *ad Lexica Hebraica Supplementis* part. IV. num 1115 gag. 1225. seqq. adversus Jablonskium disputantem.

p. 130. *n. l.* 29. *lege* fuerit. *p* 133. *n. l.* 1. *lege* [illegible]. *p.* 144. *n. l.* 12. *lege* Ηράκλει. *p* 147. *n. l.* 29. *lege* quae *p* 154. *n. l.* 31. *lege* excesum. *p.* 162. *l.* 2. *lege* Oedipus. *Ibid. n. l. penult. lege p.*

166. l. penult. n. lege Nun. ☞ p. 171. n. l. 29. post qui, adde quod p. 179. n. l. 4. lege Hebraicis. p. 180. n. l. ult. lege Pairiis. p. 183. n. l. 28. lege pag. 105. p. 188. n. l. 18. & seq. lege Aail - amiti. p. 189. n. l. 24. 25 mirum quantum haec perturbavit Typographus: lege eo minus temperare mihi possum, quin nonnulla de ejus auctore &c. p. 195 n. l. 19. 20. lege quibus Melitenses neque Romanorum mores, neque leges, ideirco neque linguam cum imperio subire coacti &c p. 197. n. l. 22. lege Médailles. Ibid. l. 32. lege comparatam. p 205. l. 4. lege concretio? p. 209. n. l. 9. lege pertineant. p. 211. n. l. 28 & p. 532. n. l. 13. lege Roma. ☞ p. 212 n. l 25. Vid. & Ermanni Voigt Dissert. philologic. de Versione N.T. Syriaca, Cap. I. §. IV. seqq. Jenae, edit. 1670. Germaniae litteratae opusculor. a Jo. Oelrichs Bremae 1774. vulgat. Tom. II. pag. 186 — 192. p. 214. n. l. 3. lege Esther. p. 222. n. l. 1. lege σὺν θεῷ. p. 232. n. l. 4 lege involvi. Ibid. l 28. lege pag. 222. p. 235. n. l. 25. lege Propheta. p. 265. n. l. 6. lege חרדתא. p. 277. n. l. 6 lege התבינותי. Ibid. l. 29. & p. 279. n. l. 25. lege Vallancey. p. 295 n. l. 16. lege Hannonem. Ibid. l. 31. lege quemque auctorem Peripli. p. 300. n. l. 3. lege 1374. p. 307. n. l. 1. lege 152. p 315. n. l 4 lege קרתא. p. 312. n. l. 26. lege יהושע p. 317. n. l. 8. lege Tab. XL. p 320. n. l. 26 & 189. leg. & 186. p. 321. n. l. 2. pag. 23. leg. pag. 236. ☞ p. 335 n. l. 10. dele nullibi. Ibid. l. 12. lege non secus. Ibid. l. 13. post τὸ A, adde Quamquam in aliis etiam vetertimae aetatis nativam suam vim retinet atque potestatem. At quid inde colligi ad hanc vel alteram tuendam lectionem litterae L. loco C. vel K possit, non intelligo. p. 336. n. l. 3. Thomas, lege Franciscus. Ibid. lege D' Ennery. p. 338. n. l. 15. lege Ionicae. p. 361. n. l. 24. & 25. pertinere, lege deberi. p. 374. l. 4. lege sese absque virgula. p. 377. n. l. 10. lege Kereth. p 381. n. l. 10. lege Vol III. Ibid. l. 7. lege τῷ. Ibid. l. 30. lege pag. m. 55. p. 382. n. l. 14. Petr. Burmanno, lege Sigebert Havercampo. Ibid. l. 16. lege col. 1039. p. 386. n. l. 11 lege n. XIV. 131. — 137. 139. 140. p 390. n. l. penult. lege universae. p. 391. n. l. 29. lege ab se. ☞ p. 392. n. l. 25. seqq. Rectissime quidem vidit Cl. Cuperus, id genus numorum non Carthagine, sed in Sicilia fuisse cusum; Dionysii autem I. numum vel Carthaginienses Siciliae, vel Siculos eorum imperio subjectos, aut eorum partibus faventes procudisse, numi ipsius, de quo pag. 382. n. dictum est, ratio obstat omnino. p. 393. n. l. 24. lege col. 1018. p 399 n. l. 29. lege CII. p. 400. n. l. 31. lege Boccho. p. 402. n. l. 3. lege Num VII VIII. & IX. Ibid. l. 18. lege Mebadl. p. 408. n. l. 15 lege Numism Graec. Regum Sicil. &c. p. 412. n. l 32. lege Maratho in Phoenice. Ibid. lege Antiochia ad Orontem. ☞ p. 413 n. l. 2. adde qui apud eumd. Arigonium &c p. 414. n. l. 4. lege Bayerii. Ibid. l. 24. lege nulla. p. 415. n. l. 21. lege Tab. XIII. n. 2. ☞ ibid. l. 28. post LXV. adde num. 21. p. 418. l. 1. expunge τὸ de. p. 420. n. l. 9. & p. 426. l. 2. & n. l. 6 lege ab se. p. 423. n. l. 8. lege אשדרנם. p 425. n. l. 28. lege Cossurensium. p. 428. n. l 15. lege Phoeniciorum. ☞ Numus autem de quo dixi pag. 431. n. exstat in Mus. Biblioth. nostrae Casanatensis. p. 438. n. l. 3. lege pag. 59. & 85. Tab. CIV. n. 1. 2., at perperam. ☞ Ibid. l. 5. post arriserit, adde Supplément I.

pag. 26. & 27. *p.* 442. *n. l.* 11. *lege* quam. *p.* 444. *n. l* 18. *lege cum urbe Tyro*. *p.* 446. *n. l.* 10. *lege* EM. *p.* 448. *n. l.* 19. *lege* pag 424. — 425. ☞ *Ibid n l.* 26. *post* eam, *adde* in hoc ipso, de quo heic disputamus, numo. *p.* 449. *n. l.* 26. *lege* duabus *p.* 45. *n. l.* 30. *lege civitatem Tyrum*. *p.* 452. *n. l.* 15. *lege* nihilominus. *p* 459. *n l.* 16. *post* dicemus. *dele punctum*. *p.* 461. *n. l.* 30. *lege* in Inscriptionibus. *p.* 463. *n. l.* 16. *lege* pag 1014. ☞ Qui numus cujus ἐπιγραφὴν. ipse Relandus profert, non alius ab altero est, quem ego ipse produxi, nempe Antiochi IV. *p.* 464. *l.* 1. *lege* γνησιότητα *p.* 457. n. *l.* 4. *dele* ab se *p.* 468. *n. l.* 28. *lege* firmetur. ☞ *p.* 471. *n. l.* 28. *post* τὸ Pelletinius, *adde Rois*, Tab. IX. n. 8 pag. 78. seq. ∽ *Recueil &c. p.* 472. *n. l.* 8. *post* confidit, *lege omnino ab Typographo perperam omissum*, quid ergo addemus ponderis? At quam &c. *p* 477. *n. l.* 27. *lege* afferat. *p.* 479. *n. l.* 16. *lege* numi. *Ibid l.* 22. *lege* ἐπιγραφαῖς. *p.* 484. *n. l.* 28. *lege* pag. 139. & 140. *Ibid. l.* 29. *leg.* pag. 111. seq. *p.* 488. *n. l.* 12. *lege* Barthelemyano. *p* 496. *n. l.* 7. *dele* aut. §☞ *Ibid. l.* 12. *seqq.* Quae quidem eo loci de Cl. Barthelemyo ego dixi, praeter rem scripsi. Neque me pudet illud confiteri, sicuti pag. 566. Not. admonui. Non ipsum profecto, sed memetipsum fefellit memoria Ille enim non ad bilingue Melitense, de quo paullo ante, verum ad alteram sepulcralem epigraphen, Melitae repertam, quam ego fuse recensui pag. 519 — 554, eruditus popularis meus ibid. unice provocavit. Quanquam & hoc alterum monumentum non est ejusmodi, ut Cl. Barthelemyi de τῷ ה *He*, sententiae revera suffragetur. Nam eo probante, *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* Tom. XXX. Tab. IV. pag. 427. ∽ *Epist. ad Oliver.* Tab III., littera ipsa, quae in quaestionem venit, in ipsis praesertim Citiensibus lapidibus ad τὸ י *Jod*, vim ac potestatem maxime accommodatur. *Ibid. l.* 23. *lege* τὸ. *p* 497. *n. l.* 1. *lege* 93. *p.* 505. *l.* 6. *lege* vana de. *p.* 507. *l.* 3. *lege* Sperilingio. §☞ *p.* 509. *n. l.* 29. Hunc numum ineditum etiamnum suspicor. Qui vero apud Pelletinium, *Peuples*, Tom. II. Tab. LXXXIII. n. 46. habetur, etsi ejusdem typi, epocha tamen plane alia signatur, nempe ΓΓ, seu 103. aerae, ut mihi videtur, Seleucidarum, an. ante Chr. 210. Est error praeterea in ipsa epigraphe, ubi legitur AAY loc. τῦ ΑΣΥ. *Ibid. l.* 31. *lege* ex aversa. *p.* 510. *n. l.* 30. *lege* col. 1026. — 1029. §☞ *p.* 511. *n. l.* 23. τὸ ΘΕΑΣ. de Astarte sum interpretatus, quasi Dea fuerit Sidonis. Quae tamen interpretatio non probatur erudito Eckhel, *Doct. num. vet.* part. I. Vol. III. pag. 370. Nimirum in ea sententia est, τῦ ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ fastuosa hac appellatione urbem ipsam Sidonem in numo compellatam, eodem plane modo fuisse, quo ΘΕΑ ΡΩΜΗ. nuncupata fuerit. Non equidem repugno. Nihil tamen impedire crediderim, quo minus Astarten Hebraeis עשתרות. *Astaroth.* & עשתרת. *Astoreth*, veluti Sidonis urbis tutelarem reputemus Deam, ut Lucianus in eo libro, qui vulgo ei adscribitur, *De Syria Dea*, testatur, §. 4. Oper Tom. III. edit Amstel. 1748. pag. 453. Confer Rasche, *Lexicon univ. rei num.* Tom. I. col. 1196. seq. §☞ *Ibid. n. l. post Metropolis, adde* contendit. Quam

in rem confer *Journ. des Sçavans*, Mens. Febr. 1762. pag. 209. seq. *p.* 512. *n. l.* 11. *lege* ἐπιγραφῇ. *p.* 521. *l.* 8. — XXI. *lege* CXXI. *Ibid. l.* 31 *lege* insculptum. *p.* 526. *n l. ult.* ad *lege* a. *p.* 527. *n. l.* 2. *lege* pag 520. *p.* 528. *n. l.* 19. *lege* לברץ. *Ibid. l. ult.* *lege* disputata. ☞ *Ibid* eidem Numidiae civitati *Thabraca*, seu *Tabraca* appellatae, perfacile tribuerim alterum aeneum numum ab Cl Eckhel recensitum, *Catal. Musei Caesar. Vindobon. num. vet* Tab. V. n. 13. Vol. I pag. 287., in adversa Caput sistentem Mercurii, & in aversae area epigraphen Phoenicio-Punicam, quae Hebraicis expressa litteris sic habet, תברגז. *Tabragaz*. De qua epigraphe vid pag. 602. not. ☞ *p.* 536. *n. l.* 11. *post* Arachi Regis, *adde*: Atque Joan. Davidem Michaelis, *Spicileg. Geographia Hebr.* &c. part II. pag 43. seq. eumdem proferentem numum ad urbem Aradi haud dubie pertinere, at immerito existimantem, non moror. Is enim Dutensium castigandum sibi sumit, propterea quod & de Arado Rege ἐπιγραφὴν fuerit interpretatus, eamque inverso ordine legerit לארד מלך, quae potiori jure erat legenda מלך לארד. *Rex Aradi*, eadem, inquit ille, constructione, quam II. (nobis IV.) Regum XIX. 13. alibique observabis. Verum, praeter quam quod non ad Aradum Regem, neque ad urbem, vel Regem Aradi, sed ad Arachum Regem, uti demonstratum a nobis est, pertineat inscriptio; falsum quoque est hanc dicendi rationem sive לאסא מלך, sive מלך לארד legatur, ipsi Hebraeorum loquendi consuetudini absonam esse. Habetur enim III. Reg. XV. 17. = XVI. 10. לאסא מלך, *Asa Regis*, & alibi passim, ut Deuteron. III. 2. = II. Reg. VIII. 5. &c. Ex quibus his & aliis locis hunc & illum loquendi modum Hebraicae anologiae nullatenus repugnare, satis intelligitur. *p.* 543. *n. l.* 28. & *p.* 545. *l. ult. lege* Μητροπόλεως. *p.* 548. *n. l.* 11. *loco* τῶ 150. 153. *lege* 150 — 153 *p.* 552. *n. l.* 16. *lege* תיוה. *p.* 561. *n. l.* 15. *valeant*, *lege distent*. *Ibid. l.* 21. *lege* Niebuhrio. *p.* 564. *n. l.* 3. *seq. lege* Academ. ☞ *Ibid. l. l.* 27. *post* pagg. 45. *adde* Confer *Journal des Sçavans*, April 1767. pag. 673. seqq. edit. in 12. *p.* 565. *n. l.* 27. *lege* tenebris. *p.* 574. *n. l.* 6. *lege* Ἡράκλεια. *p.* 579. *n. l.* 7. *lege* numero, *p.* 585. *n. l.* 13. *lege* Οἰκουμένης. *ibid. l.* 14 *dele* seqq. ☞ *p* 586. *n. l.* 15 *adde* Mazochii *Spicileg. Biblic.* Tom. II. pag. 268. seqq. *p.* 588. *n. l.* 15. *lege* Καρχηδόνος. *p.* 596. *l.* 6. & 7. *lege* ipse ille eruditus. *p.* 607. *l.* 1. *leg.* illucere, & *n. l.* 32. *lege* scimus? *p.* 612. *n. l.* 25. *lege* epocha. *p.* 620. *n. l.* 8. *lege* ego. *p.* 625. *n. l.* 14. *lege Mazoch.* *p.* 633. *n. l.* 28. *seq. lege* Auctores. *p.* 637. *n. l.* 20. *lege* non adseramus

---

Caetera, si qua in operarum σφάλμασι perpurgandis nostram diligentiam fortasse fugerunt, per seipse Lector benevolus deprehendet & corriget.